





LIBRARY

Date *March 10th, 1939.*

Class Mark *\*EB* Accession No. *27797*

VAN SWIETEN

*Gaccin*

*1741*



GER. L. B. VAN SWIETEN  
ARCHIATRORVM CAESAREORVM QVONDAM  
COMITIS ETC. ETC

# CONSTITVTIONES EPIDEMICAE

ET  
MORBI POTISSIMVM  
LVGDVNI-BATAVORVM

OBSERVATI  
EX EIVSDEM ADVERSARIIS

EDIDIT

MAXIMILIANVS STOLL

S. C. R. A. MAI. CONS. ET PROF. MED. PRACT.  
IN VNIVERSIT. VINDOBONENSI P. O.

---

TOMVS SECVNDVS

---

VINDOBONAE ET LIPSIAE

APVD RVDOLPHVM GRAEFFERVM

MDCCLXXXII



27797

Digitized by the Internet Archive  
in 2014

*Constitutio anni 1734.*

*Ianuarius.*



**1.** aer nubilus, humidus, tepidus W. **2** pulchra serenitas, cum tepore verno W. **3** aer pluuiosus, nubilus, tepidus W. **4** ventus fortior, serenitas N. W. **5** aer nubilus, pluuiosus Z. **6** ventus fortis, nubilus aer, N. W. tepor vernus, sic, vt bulbosae plantae germina trudent. **7** aer nubilus, pluuiosus Z. **8** serenitas pulchra, O. et N. O. **9** aer nubilus, frigidior Z. nebulae Z. **10** aer frigidior nubilus, Z. V. **11** aer pluuius, ventus fortis W. **12** serenitas pulchra W. **13** serenitas pulchra W. **14** pluuiiae validae hac nocte et ventus validus W. **15** nix copiosa hac nocte et tota die cecidit, sed dissoluitur statim. Circa vesperam serenitas N. W. **16** aer nubilus, Z. vesperi nix. **17** aer varius, leues pluuiiae mane Z. post merid. N. **18** aer serenus, post varius N. **19** hac nocte gelu, serenitas pulchra Z. et Z. O. **20** serenitas pulchra, gelu therm. **26.** Z. O. **21** vt heri therm. mane hora 7. **20** hora 3 post mer. **26.** **22** omnia vt heri eadem. **23** mane frigus 26 grad. ventus fortis, serenitas, gelu Z. O. **24** gelu paucum mane **28.** grad. ventus fortis O. **25** mane **24.** gelu O. **26** mane **20.** hora 3. **26.** mane O. post merid. Z. **27** gelu modicum hac nocte, mane **24.** grad. circa meridiem ventus Z. W. inceptit pluere. **28** serenitas, nocte gelu paucum Z.

W. 29 de nocte gelu paucum, de die tepor hora 3. therm. 35. grad. W. 30 omnia eadem, vt heri. 31 nocte gelu, pulchra serenitas W. et postea Z.

Variolae, anginae scorbuticae, ophthalmiae fatis acres. Profuit largum alui profluuium, per purgantia antiphlogistica, balnea pedum, V. S. in quibusdam, et fomenta ex infus fl. samb. et vbi dolentissimae erant, cataplasma ex auena, aq. et lacte cum ol. lini, et paxillo sacchari Saturni; profuerunt et cucurbitae ceruici affixae, et in eadem domo quasi contagio quodam plures afficiebantur, plerisque tantum in adnata, et palpebris haerebat malum, paucis iris inflammabatur, et interior oculus. Semel vidi post V. S. purgantia, cucurb. etc. remansisse inde nyctalopiam: in quibusdam inflammatio ad limbum corneae porrecta, ibi fisti videbatur, sed aliquando subito doloris augmento versus corneam pergebat, et tunc curata inflam. manebat ibi macula alba, opaca. Toto hoc mense numerus aegrorum modicus fuit.

1 Februarius. 1 aer serenus, pulcher, gelu; therm. 29. gr. Z. Z. W. 2 degelascit post meridiem, ventus fortis et pluuiae W. 3 degelascit, nix copiosa, mox resoluta W. circa merid. O. 4 heri vesperi nebulae spissae, sic et hodie mane W. 5 pluuiae continuae W. 6 de nocte ventus validissimus, mane pluuiae, et tota nocte, sed postea pulchra serenitas W. 7 aer nubilus N. W. 8 pluuiae et aer nubilus N. W. 9 aer magis serenus N. O. 10 mane aer nubilus, post meridiem pulchra serenitas W. N. W. 11 mane aer nubilus, post meridiem pulchra serenitas W. N. W. 12 aer varius, frigidior, grando,

hac



hac nocte ventus summus N. N. W. 13 mane aer ventosus, nubilus, post meridiem pulchra serenitas N. W. 14 aer nubilus W. 15 aer varius W. 16 aer modice serenus N. W. 17 pluuiae W. 18 aer varius N. W. 19 aer modice serenus N. W. 20 aer varius pluuiosus N. W. 21 aer nubilus, ventosus N. W. 22 serenitas pulchra W. N. W. 23 serenitas pulchra W. Z. W. et W. 24 aer nubilus, pluuiosus W. 25 vt heri W. 26 aer nubilus, vesperi pluuiae fortes, et ventus Z. W. 27 aer nubilus, ventosus Z. W. 28 hac nocte ventus fortissimus mane etiam cum pluuiis fortissimis, post meridiem serenitas N. W.

Variolae, pueres, ophthalmiae pergunt, odontalgiae plures suppuratae, coryzae copiosissimae, numerus aegrorum modicus, hinc inde pleuritides, et peripneumoniae.

Martius. 1 pluuiae validae, et ventus N. W. 2 pulchra serenitas N. 3 aer ventosus pluuius, post merid. frigidus Z. 4 nocte pluuiae postea serenitas frigida N. 5 aer nubilus frigidus W. 6 pluuiae et ventus Z. O. 7 aer pluuiosus Z. O. 8 aer pluuius varius Z. O. 9 aer varius, mane Z. O. post merid. W. 10 serenitas pulchra, post merid. W. 11 serenitas pulchra, tepida Z. 12 serenitas pulchra, tepida Z. O. 13 serenitas pulchra, tepida Z. Z. O. 14 serenitas pulchra, tepida O. 15 vt heri Z. W. 16 serenitas frigidior parum W. 17 pluuiae continuae W. 18 pluuiae W. 19 serenitas cum vento N. W. 20 serenitas modica W. 21 serenitas frigida W. 22 serenitas frigida O. vesperi pluuiae. 23 aer nubilus, post modica serenitas W. 24 nebulae mane, aer nubilus Z.

25 pluuiae W. 26 pluuiae validae W. 27 mane aer nubilus, post meridiem serenitas W. 28 mane pluuiae, post meridiem serenitas N. O. 29 serenitas pulchra Z. 30 pluuiae W. 31 aer varius, pluuiosus Z.

Variolae, tertianae vernaе incipiunt, peripneumoniae nothae, arthritides, anginae scorbuticae, antea praeteritis annis descriptae, an aphthae sunt Aretaei? Numerus aegrorum modicus, ophthalmiae.

Aprilis. 1 aer varius W. 2 aer varius Z. W. 3 aer varius Z. W. 4 aer fatis pulchre serenus N. W. 5 aer serenus W. 6 aer varius Z. W. 7 aer pluuiosus, ventosus, varius W. 8 vt heri W. 9 pluuiae validae, post meridiem serenitas W. 10 mane pluuiae, post merid. pulchra serenitas N. 11 aer nubilus N. W. 12 pulchra serenitas W. 13 vt heri. 14 vt heri. 15 aer mane serenus, post meridiem nubilus N. W. 16 aer nubilus N. W. 17 aer serenus calidus Z. et Z. O. 18 vt heri. 19 aer nubilus frigidior W. N. W. vesperi pluuiae. 20 aer nubilus pluuiosus W. 21 aer nubilus W. 22 vt heri. 23 pulchra serenitas N. W. 24 aer nubilus W. 25 serenitas pulcherrima O. 26 vt heri, nox frigida. 27 serenitas pulchra N. 28 serenitas frigidior N. vesperi pluuiae. 29 pluuiae validae Z. 30 serenitas pulchra O.

Variolae plures, tertianae, morbi inflammatorii, febres quotidianae, et tertiana cum bilis corruptae quantitate, numerus aegrorum auctus.

Variolae rarissime lethales, distinctae semper, sed iuniores corripiebant saepe cum conuulsionibus, nunc ipso puncto incipientis morbi, nunc secundo die. Semel vidi

vidi puerum, pessime laboraturum larga narium haemorrhagia saluum fuisse, et in puella 8 annorum iure suspicatus pessimas fore confluentes V. S. clysmate, balneis, epispasticis miro modo profeci, nullus mihi periit.

Abortus frequentes.

Hinc inde synochi simplices.

Haemorrhagiae narium in repletis profusae.

Ophthalmiae minuuntur.

Tertianae verna aliquantum biliosae, purgante, crysall. tartari etc. fero lactis feliciter sanatae circa finem morbi 5. 6. 7. paroxysmus, labia ulcerosa, in initio aliquando duplicatae, ulcera scorbutica tonsillas, velum palatinum etc. occupantes, faciebant molestas anginas, an aphthae Aretaei? sp. sal. marin. sanabiles.

Hinc inde pleuritis, peripneumonia, hepatitis.

Maius. 1 aer serenus modice partim nubilus, nocte frigus N. 2 vt heri N. 3 aer nubilus frigidus N. 4 hac nocte ventus validus, vt heri N. O. 5 serenitas modica O. Vesperis pluuiae tepidae. 6 aer nubilus tota die W. 7 pluuiae continuae W. 8 pluuiae continuae W. 9 mane aer nubilus, post meridiem serenitas. 10 serenitas pulchra calida W. 11 ventus fortis, aer nubilus W. 12 serenitas bona, vesperi aer nubilus Z. W. 13 aer nubilus, leues pluuiae N. 14 de nocte et hodie mane pluuiae validae, post meridiem modica serenitas N. 15 frigus satis magnum de nocte, serenitas modica N. 16 serenitas modica; sed ante meridiem aer nubilus W. postea Z. 17 serenitas calida Z. 18 serenitas cum magno calore 70 grad. W. 19 calor cum aere nubilo, heri vesperi ful-

mina N. W. 20 serenitas modica N. W. 21 serenitas modica N. W. 22 serenitas W. 23 aer nubilus, post meridiem pluuiæ validæ W. post N. 24 aer nubilus N. W. 25 aer nubilus cum pluuiis W. 26 pluuiæ validæ N. W. 27 aer varius, frigidus, pluuiosus Z. W. 28 mane serenitas Z. W. post meridiem pluuiæ et ventus N. W. 29 aer varius W. 30 serenitas mane, postea hinc inde nebulæ N. W. 31 aer serenus Z. et post O.

Variolæ plures, benignæ tamen satis; ex magno numero, vnus mihi periit infantulus. Ophthalmiæ minuuntur.

Tertianæ, sed longiori spatio protractæ, et semel in iuvene euchymo non potui sanare, nisi per corticem. Dedi deinde saponem venet. cum decoct. 5 rad. aper. et binas, sed valde paruas recituias passus, conualuit.

Semel febrim ardentem in puella 3 annorum vidi.

Diarrhoæ.

Numerus aegrorum vtcunque auctior.

Anginæ quaedam, vt præterito mense.

Iunius. 1 Pulchra serenitas O. 2 aer nubilus Z. post W. 3 serenitas W. 4 serenitas pulchra, sed ventus fortis Z. 5 pluuiæ validæ Z. O. 6 aer serenus mane, postea valida tonifrua et imbres W. 7 aer nubilus, pluuiosus W. 8 aer nubilus N. 9 aer nubilus N. W. 10 vt heri W. 11 vt heri W. 12 pluuiæ validæ W. 13 aer varius W. 14 aer nubilus parum W. 15 aer varius pluuius N. W. 16 serenitas calida N. W. 17 serenitas modica N. 18 aer varius, pluuiæ Z. O. 19 aer serenus satis, modice calidus O. 20 aer nubilus, frigidior

dior N. O. 21 aer nubilus frigidior N. O. 22 serenitas, O. et Z. O. 23 serenitas calidior O. et Z. O. 24 serenitas valde calida Z. 25 imbres validi, et calor W. 26 venti validi, aer nubilus W. 27 imbres et venti validissimi W. 28 serenitas N. W. 29 serenitas pulchra N. 30 serenitas pulchra N.

Variolae hinc inde peiores, aliquando, sed raro, confluentes. Quatuor mihi perierunt hoc mense, ex magno satis numero.

Anginae quaedam, vt ante.

Tertianae.

Anthraces dolentissimi occupabant multos.

Hinc inde erysipelas.

Numerus aegrorum auctus.

Julius. 1 serenitas pulchra, calida Z. 2 aer magis nubilus Z. 3 serenitas calida W. 4 pluuiae, et postea calor W. 5 tota die pluuiae validissimae, quae videri poterant, vesperi tonitrua N. 6 aer nubilus O. 7 aer modice serenus W. 8 serenitas W. 9 aer nubilus, calidus W. 10 aer nubilus, parum magis serenus N. W. 11 pluuiae fere continuae Z. 12 serenitas ventosa N. W. 13 aer nubilus, ventosus, vesperi pluuiae validae W. 14 aer nubilus, pluuiosus, ventosus W. 15 aer nubilus, ventosus N. 16 vt heri N. O. 17 aer nubilus, frigidior N. 18 pluuiae, aer nubilus N. 19 serenitas calida O. 20 aer nubilus N. 21 aer nubilus N. 22 serenitas calida W. 23 vt heri W. 24 aer nubilus, et leues pluuiae W. 25 vt heri W. 26 vt heri N. W. 27 serenitas calida W. 28 serenitas calida N. 29. aer nu-

8            C O N S T I T U T I O   E T   M O R B I

bilus, calidus, tonitrua leuia, heri N. W. 30 serenitas calida N. 31 aer nubilus, post meridiem pluuiosus W.

Aer non calidus fuit, sed satis nubilus toto fere mense, ventus maxima parte W. fuit.

Variolae pergunt, parum putridioris indolis, quatuor mihi perierunt hoc mense.

Numerus aegrorum satis magnus fuit ob variolas.

Anginae quaedam.

Erysipelas hinc inde.

Tertianae, sed mitis, et facile curabiles. Quartanae, quae praeterito autumnino inceperant, et tota hyeme perdurauerant, verno tempore vel penitus abierant, vel minutae fuerant, inceperunt iterum augeri.

Augustus. 1 aer nubilus pluuiosus W. 2 vt heri, et satis frigidus N. W. 3 vt heri N. 4 aer nubilus mane, et varius, post meridiem serenus N. 5 aer serenus N. 6 aer serenus, post nubilus N. 7 aer pluuiosus, tepidus N. W. 8 vt heri Z. W. vesperi graues imbres, leuia tonitrua. 9 imbres validissimi W. 10 aer nubilus vtunque N. W. 11 aer calidus, modice serenus W. 12 aer nubilus, leuiter pluuiosus N. W. vesperi pluuiiae validissimae. 13 aer nubilus W. et N. 14 pluuiiae satis validae N. 15 pluuiiae N. W. 16 aer nebulosus N. W. 17 vt heri N. W. 18 aer serenus calidus W. 19 vt heri W. 20 calor, sed aer circa meridiem nubilus Z. postea W. 21 pluuiiae, post meridiem serenitas W. vesperi fulgura, ventus validissimus, et imbres de nocte. 22 ventus fortis, imbres W. 23 serenitas calida W. 24 hodie mane circa octauam tonitrua, et imbres validi Z.

post

post meridiem aer tepidus omnino, vesperi fulgura continua. 25 aer varius pluuiosus N. W. 26 vt heri Z. Z. W. 27 aer nubilus, hinc inde ferenus Z. W. 28 aer nubilus, pluuiosus Z. 29 ferenitas calida Z. 30 ferenitas calida Z. Z. W. 31 aer nubilus Z. W.

Variolae augentur numero, et adultos frequentius inuadunt, quam antea, vetulam 60 annorum tractaui et sanauit et alium 25 annorum: tres perierunt mihi.

Tertianae, sed mites, et breui curabiles, in primis dato purgante ante paroxysmum, quod ingentem copiam bilis deturbabat viridis, flauae; multum profuit decoct. ex rad. acetos. tamarindis etc. non erant magno numero.

Hinc inde dysenteriae, quae facile sanabantur, dato valido purgante ex rhabarb. et deinde mixt. opiata ex dialcord; Syluii, etc.

September. 1. ferenitas calida O. 2 ferenitas calida Z. 3 aer nubilus tepidus Z. 4 aer ferenus calidus Z. W. 5 aer ferenus calidus W. 6 vt heri W. 7 vt heri W. 8 aer nubilus. O. 9 imbres, tonitrua leuia, post meridiem ferenitas W. 10 imbres validi, post meridiem ferenitas W. vesperi imbres validissimi, procellae, grando, tonitrua, fulgura horrenda 11 imbres et ventus validus W. et Z. W. vesperi pluuiiae fortissimae, leue tonitru. 12 imbres validi W. 13 tempestas varia, frigidiuscula W. 14 imbres validi, et ventus validus W. 15 vt heri W. 16 aer nubilus, ventus pacatus est N. W. 17 ferenitas pulchra W. vesperi pluuiiae. 18 aer varius N. W. 19 ferenitas pulchra W. 20 aer nubilus frigidiusculus Z. W. W. pluuiiae, et ventus fortis. 21 vt heri N.

W. 22 aer varius frigidus W. 23 serenitas mane O. post meridiem aer nubilus Z. 24 aer frigidus O. et Z. O. pluuiae vesperi. 25 pluuiae continuae fere N. 26 aer nubilus pluuiosus N. W. 27 aer serenus N. W. 28 aer serenus W. 29 aer serenus W. 30 aer nubilus tepidus W. N. W.

*Aegri non ita numerosi.*

*Dysentericos* quosdam tractaui septem, facile curabiles methodo, in praecedente mense dicta, vnus perijt iam senex qui per 8 dies morbum tulerat sine remedij, ille singultu oborto, aluo olidissima, nigra lingua, perijt; adulti omnes erant.

*Variolas* octodecim habui curandas, et inter illas tres adultos, septem confluentes fuerunt, vel saltem anomalae Sydenhami, licet saluationem non ita obseruaerim. 4 periere, tres nempe infantes, et in vno tamen V. S. alii duo omnia respuebant medicamenta, et potum fere ipsum, et mulier 30 annorum 16 die perijt. Ceteroquin videbantur mori ex putrida illa cacochymia post variolarum decursum potius, quam impetu morbi; et putredo illa maior fuit hoc mense, quam antea, et diu manebant, non deciduae.

*Morbilli* solas infantes corripiebant, octo tractaui, nullus perijt, secunda vel tertia die erumpebant cum febre, variolis similes; sed molestissima tuis signum erat pathognomonicon distinguens quae diu durabat, tertio vel quarto die iam euanescebant morbili, cute desquamata.



*Tertianae* viginti 7 simplices, 13 duplices duos infantes, adultos reliquos, facile curabiles, vt praeterito mense, nullus periit, nullus languit diu, omnes bilem vomuerunt fere vel per aluum olidam biliosam materiam deposuerunt. Bis dederam ipecac. adulto viro et feminae, in vtraque hypercatharsis oborta est, et sanguinem ipsum per aluum reddiderunt.

*Choleram* bis vidi, sed sanatam breui.

*Quartanae* incipiunt, sed paucae.

*Catarrhi et peripneumonia* notha bis vel ter occurrunt.

October. 1 pluuiae et aer nubilus W. 2 aer-nubilus W. Z. W. 3 pluuiae et ventus validus W. Z. W. 4 aer varius pluuiosus Z. et postea W. N. W. 5 pluuiae validae et ventus W. 6 pluuiae validae fere contin. ventus validus N. W. 7 aer magis serenus, ventosus N. et N. O. 8 aer nubilus, leues pluuiae N. W. 9 aer nubilus Z. 10 aer nubilus, pluuiae W. 11 serenitas Z. W. 12 aer nubilus Z. W. ventus fortis satis. 13 pluuiae validae, mane Z. postea W. 14 aer nubilus, mane pluuiae Z. W. 15 pluuiae, postea aer nubilus O. 16 aer nubilus O. postea Z. 17 pluuiae validae vesperi, tota die aer nubilus Z. W. 18 tota nocte pluuiae, et mane, post meridiem aer nubilus W. 19 pluuiae N. W. 20 mane serenitas Z. postea aer varius N. W. 21 mane pluuiae et aer varius, post meridiem serenitas W. 22 serenitas W. 23 mane serenitas, post meridiem pluuiae Z. W. 24 aer pluuius Z. 25 aer nubilus N. 26 serenitas tepida, hinc inde leues pluuiae N. W. 27 nebulae  
spissae

spiffae mane, postea serenitas frigidiuscula Z. 28 aer varius, modice serenus frigidior Z. 29 vt heri O. vesperi pluuiæ. 30 serenitas modica O. 31 serenitas frigida N.

Aegri non adeo numerosi.

*Morbilli*: quatuordecim tractauimus, iuniores omnes, ad vltimum nullum, biennium superauerat natus recentior omnium, quos tractauimus, senior 6 annos, nullus periit, satis numerosos inuadebant infantes, qui medico non aduocato, facile euaserunt; nullum audiui periisse.

*Variolæ*: nouem habui curandos, iuniores octo, vnicum 20 annorum iuuenem, qui mitissimas patiebatur variolas, exeuns, et omnia sua peragens opera: vnus periit infans 6 mensium.

*Tertianæ* similes, ac praeterito mense: decem curauimus, nullus periit, nullus languet diu, duos iuniores vnum 4. alterum 9 annorum, ceteros florentis aetatis, semel vidi in quartanam abiisse, binae erant duplicatae, reliquae simplices.

*Quartanae* augentur numero, sed modico.

*Catarrhi* ob mutatam aeris temperiem.

November. 1 serenitas frigida, O. et O. Z. O. gelu. 2 gelu de nocte, serenitas frigida N. O. 3 aer nubilus pluuiosus N. postea W. 4 aer frigidus, nubilus W. 35 grad. vesperi. 5 therm. grad. 50. aer tepidus nubilus varius N. 6 aer nubilus, pluuiosus, tepidulus W. 7 ventus fortis, et pluuiæ W. 8 vt heri N. W. 9 pluuiæ validissimæ W. 10 pulchra serenitas tepida N. W. 11 serenitas Z. et Z. Z. O. 12 serenitas Z. 13 vt heri Z. 14 serenitas modica Z. O. 15 hac nocte pluuiæ validæ, aer nubi-

nubilus Z. 16 aer nubilus pluuiosus Z. 17 aer nubilus pluuiosus W. 18 nebulae spissae Z. W. 19 aer nubilus pluuius N. 20 frigus cum aere nubilo ventoso O. Z. O. 21 aer tepidior, pluuiosus, nubilus O. 22 leue gelu de nocte, serenitas pulchra, aer nubilus, post meridiem N. O. 23 leue gelu de nocte N. et N. O. serenitas pulchra. 24 gelu fortius de nocte, aer nubilus, ventus O. et N. O. 25 gelu forte fatis, aer nubilus, ventus fortis O. 26 gelu, ventus fortis, aer nubilus O. 27 gelu, aer nubilus, vesperi nebulae Z. O. 28 gelu forte 4 grad. Z. nebulae tota die 29 nubilus aer 28 grad. vesperi 30 Z. 30 aer nubilus pluuiosus 36 Z. W.

Aegri non adeo numerosi.

*Morbilli:* Nouemdecim habui curandos, iuniores omnes, adultum nullum,  $\frac{1}{2}$  annum attigerat iunior omnium, sextum annum superauerat aetate prouectior: euaserunt omnes.

*Variolae:* Septem habui curandos, sex iuniores, adultam vnam 29 annorum, quae euasit, binii habebant quasi irregulares magis, non tam bene suppurantes, et diutius durantes, tamen euaserunt, in binis infantibus confluerunt pessime, et illi perierunt.

*Tertianae:* tres habui curandas, fatis faciles.

*Catarrhi* fatis frequentes.

*Pleuritides, arthritides, rheumatismi* hinc inde.

December. 1 aer nubilus, magis serenus O. postea W. 2 aer nubilus, vesperi pluuiiae W. N. W. 3 aer pluuiosus W. 4 pluuiiae W. 5 aer pluuiosus, nebulae spissae Z. 6 pluuiiae, et nix copiosa, illico dissoluta Z. vesperi

vesperi O. et Z. O. 7 aer frigidus 28 grad. ventus fortis O. 8 gelu 28 grad. mane nix, serenitas postea Z. 9 gelu mitius 30 et 32 grad. aer nubilus. 10 degelascit 36 grad. W. 11 aer nubilus, humidus Z. W. 12 aer nubilus, post meridiem, serenus Z. Z. W. 13 pluuiæ, aer nubilus Z. Z. W. 14 mane nebulæ, post meridiem serenitas N. 15 nebulæ spissæ Z. Z. W. 16 nix mane, postea aer nubilus Z. et Z. Z. O. 17 mane leues pluuiæ, circa meridiem serenitas Z. et Z. W. 18 pluuiæ fere continuæ W. 19 serenitas W. 20 aer nubilus Z. W. 21 heri vesperi, et hac nocte pluuiæ validæ N. W. 22 mane pluuiæ validæ, et hac nocte, et ventus validus W. 23 serenitas modica, sed frigidior Z. W. vesperi pluuiæ validissimæ. 24 aer pluuiosus W. 25 ventus validus, pluuiæ validissimæ Z. 26 mane pluuiæ, post meridiem maior serenitas Z. et Z. Z. W. 27 aer pluuiosus varius Z. 28 aer satis serenus Z. 29 pluuiæ Z. Z. W. 30 serenitas Z. et W. 31 serenitas W.

Aegri non adeo numerosi.

*Morbilli*: 15 tractaui, vnicus debilis rachiticus  $3\frac{1}{2}$  annorum periit, reliqui conualuerunt omnes; inter illos habui iuuenem, 17, alium 25, puellam 30 annorum, puerum 7 annorum, reliqui iuniores omnes a  $\frac{3}{4}$  anni ad 4 annos.

*Variolæ*: silent fere, vnica puellam habui curandam, discretis laborantem variolis 3 annorum, quæ decimo die omnibus se bene habentibus conuulsa 11 die conuulsionibus periit.

*Catarrhi* hinc inde, et *peripneumonia* notha in senioribus.

*Anginae* hinc inde, sed facile curabiles.

*Pleuritis* hinc inde.

Mortui sunt hoc anno 1583. infantes 794 adulti, in totum 2377. qui numerus 795 excedebat numerum mortuorum praeteriti anni.

### *Variolae.*

Ian. 3. Annorum 28 iuuenis boni habitus, et mediocris crassitiei, nunquam ante laborauerat variolis; incepit heri mane aegrotare, et heri vesperi cum horripilatione febricitauit; hodie mane sensit se melius habere, sed surgens bilem vomuit, dolet caput, dolent lumbi, sed circa cardiacam nihil sentit mali; hinc inde per pectus dolorem vagum percipit; dormiuerat duabus noctibus cum binis iuuenibus, qui ante 14 dies discretis et mitissimis laborauerant variolis, febricula videtur esse continua, sed leuis, fitis magna, lingua sicca, in medio sordida. Dedi decoct. auenae cum aq. citri, rob ribes. nitro etc. balnea pedum.

4. Nox inquieta fuit, febris maior, pulsus non valde plenus, nec multus rubor in facie est: dum se mouet, bilem vomit flauam, nausea, os amarescens, appetitus nullus, iactatio, aluum non deposuit, sed ante dies tres copiosam, post comesta ostrea, quod ipsi consuetum erat. Dedi ipecac.

Vomuit bilem satis copiosam. iactatio, dolor capitis minor, dolor lumborum adhuc superest, sed parum minor,

16      CONSTITVTIO ET MORBI

nor, vrina modice colorata, calor ad thermometrum  
100 grad. lingua vt heri, febris minor, quam hodie  
mane. Iussi balnea pedum, pulu. ex nitr. stib. cinabari  
et emulsum.

Ian. 5. Vomuit postea adhuc ter, vel quater amara,  
et vermem teretem, iactatio, febris vt heri vesperi fere,  
hiuc inde vidi aliquod stigma in facie, caput non dolet,  
sed circa epigastrium dolor aliquis, vix se erectum pot-  
est tenere, mox in lecto relabitur, iussi balnea pedum,  
clysma, et dedi mixt. ex nitro sp. sulph. per campan.  
rob samb. aq. melissae, superbibendo ingens decoct. rad.  
bardan. scorz. gramin. nitr. syr. succ. citri, rubi idaei etc.  
lingua obsita, os amarum.

Vesperi: clysma eduxit copiosissimas feces cum ma-  
gno leuamine, vomuit minus, vrina turbida, cum se-  
dimento diuulso, variolae prodeunt satis numerosae, fau-  
ces internae variolis obsidentur, adhuc febricitat, erectus  
sedere non potest. Dedi idem medicam. iussi balnea pe-  
dum, idem clysma, epispastica.

6. Variolae discretae apparent, aliquid sanguinis  
concreti ex faucibus exstillat, nox adhuc inquieta fuit,  
clysma eduxit copiosas feces, apyrexia. Dedi mixt. ex  
sp. sulph. p. camp. et superbibendum gratum emulsum.

Vesperi augentur numero. Perrexi in iisdem. Dedi  
diacodiatum.

7. Nox insomnis, rubent, tument. pustulae confer-  
tae satis in facie, febris nulla omnino, fauces dolent, vri-  
nam non vidi. Dedi eadem medicamenta, et clysma  
simile.

Vesperi:

Vesperis: vrina sanae similis cum nubecula, rubent paruae pustulae, complanatae, apyrexia, quaedam phantasmata videt, respuit medicamenta. Dedi diacodiatum.

Ian. 8. Vrina sedimentum diuulsum habet, tota nocte delirauit, et furibundus saepe de lecto exsiliit, nec dormiuit, febris nulla, lingua modice humida, tamen in medio fusca. Clyisma iussi, et emulsum auenaceum.

Circa meridiem dixit, se muscas videre volitantes, et picturas egredi de tabulis, ceteroquin mentis compos. Conatus fui facere artificialem diarrhoeam per decoct. tamarind. cum nitro et syr. rhei.

Inde aluus incepit fluere, et melius se habuit. Dedi emulsum cum diacod.

9 Nox pacata fuit, dormiuit modice, nulla videt phantasmata, consultus Cl. B. periculum dixit, omni ope nitendum esse, vt hoc reuelleretur clysmate, diarrhoea artificiali, pediluuuis, epispasticis, oxycrato capiti applicato; consuluit opiat. hora tertia, situm erectum, quantum fieri posset, infusum scybalorum ouillorum; deposuit aluum aliquoties, tument, rubent interstitia, pro potu syr. citri cum vino rhenano, aq. hord. sp. sulph. per campan.

10. Nox satis pacata fuit, actiones vitales constant optime, perrexi in iisdem. Dedi diacodiat. hora tertia, aluum deposuit olidissimam magna copia; dedi mixt. ex syr. rhei cum sale polychr. superbibendo magnum decoct. tamar. etc.

11. Post duodecimam nox incommoda fuit, pulsus, respiratio, mens constant, potauit inmaniter: faciem

tepida fouendam, clyfina, et infuf. fcybalorum ouillorum iuffi, et fimile decoctum. Dedi hora tertia diacod. et hora II clyfina multas feces eduxit, et poftca adhuc aluum depofuit.

Ian. 12. Nox commoda, omnia videntur effe fatis bona, pulfus, respiratio etc. Cl. B. voluit pergendum effe in iisdem vfque ad 15 diem. Hora III. dedi diacod. cum gtt. xx. laud. liq. et hora II. vespert. adhuc gtt. x. cum fyr. diacod. inde bene fe habuit. In decocto laxante et mixt. cum fyr. cich. c. rheo perrexi, aluum non depofuit.

13. Nox pacata, pulfus febrilis, respiratio bona, mens conftat, perrexi, femel mane aluum depofuit. Dedi hora III. diacodiat. et hora II. vespertina.

14. Siccantur in facie, nox non ita commoda, leue hinc inde delirium, febris adhuc intensa, pedes tument, heri vesperti aluum adhuc depofuit, respiratio fatis commoda eft. Dedi fimile clyfina, et perrexi in fimilibus; poft meridiem et vesperti diacod.

15. Nox modica, febris minor, ficcantur in facie, aluum non depofuit, nifi cum clyfin. lingua ficca valde, mens conftat. Dedi ead. et vinum Hispanicum ter de die, parum delirauit hodie poft meridiem.

16. Nox inquieta, cum vago hinc inde intercurrente delirio, ad rogata bene refpondet, febris minor, respiratio bona, in facie exficcantur variolae. Dedi decoct. bard. feorzon. cum meliff. agrimon. fyr. citri, vin. Hispan. ter de die, poft meridiem diacod. videtur poft affumptum diacod. deliraffe, faltem infomnia furibunda habet,



habet, ad rogata tamen bene respondet, dum euigilat; balnea pedum epispast. emuls.  $\zeta$ j. diacod. dedi, noluit assumere illud decoctum. Bis aluum deposuit.

Ian. 17. Hac nocte deposuit aluum, et hodie mane olidissimam, nox quieta satis fuit, febris nulla, appetitus parum augetur, variolae incipiunt decidere. Non dedi laud. liq. sed simile emulsum.

18. Nox satis bona, bene appetere incipit, nil aliud dedi, aluum bis deposuit, febris nulla. Dedi idem.

19. Nox pacatissima, appetitus augetur, plurimae in facie deciderunt, febris nulla, appetitus bonus. Dedi nihil.

20. Non multum dormiuit, bene manducat, pulsus bonus, alu. deposuit. Dedi emuls. gratissimum.

21. 22. Bene se habet in omnibus. Dedi nihil.

23. Hac nocte minus dormiuit, caput doluit, vomuit, ab onerato, vt credo, ventriculo. Dedi acidum leuc cardiacum.

24. Pulchre se habet nunc.

27. Conualuit.

### *Puerperium.*

Ian. 13. Boni habitus, facili partu hac nocte enixa puerum sanum, nunc hodie mane queritur de dolore lumborum, animi leui deliquio, pulsus febrilis est. Dedi emulsum diacodiatum, cardiacum.

14. Bene dormiuit, febris nulla. Dedi absorbentia cum diacodiatis.

15. Melius se habet, non assumit medicamenta.

Ian. 16. Leuis febricula, non dormiuerat ob infantis clamores. Dedi similia.

17. Dolet parum caput, febricula. Dedi similia.

18. Ingens copia lactis; febris, dolor in mamma sinistra, dum vbera ducit infans; ad scapulam vsque tendens, caput bene se habet, sitis immanis. Dedi mixt. ex syr. citri, rob ribes. sp. sulph. per campan. et pulueres absorbentes, dum subito respicit, caput dolet.

19. Sitis magna, febricitat, non multum dormiuit, papillae dolent, dum fugit infans, dolet caput; succum semperuiui iussi applicari papillis, et dedi mixt. ex sale card. bened. lap. 69. syr. diacod. dolet vulua, lochia cessant.

20. Heri sitiit, appetitus paucus, 4 diebus non deposuit aluum, papillae minus dolent, minor lactis copia, nox pacata satis, pulsus debilis, minus febrilis. Dedi similia.

21. Aluum non deposuit, animo parum mota, somnus modicus, febricula durat. Dedi mane et vespere pulueres absorb. dum infans vbera ducit, tunc lochia plus fluunt statim.

22. Nox pacata, febris minor, non tanta lactis copia ad mammas fluit. Dedi clyf. et pulueres absorbentes.

23. Clyfma commode feces eduxit summo leuamine, febris minor, papillae minus dolent, lac non tanta copia ruit in mammas. Dedi mixt. ex absorbentibus.

24. Bene se habet, sed corpus depletum penitus. Dedi similia, et iussi repletia.

Ian. 25. Pergit se melius habere.

26. Bene se habet, reliqui.

*Stranguria et horrenda scroti gangraena.*

Ian. 23. Vir robustus, sanus, 40 annorum, incepit die 16 aliquem ardorem in vrina sentire, fuit balsamum sulphuris terebinth. ante adhuc semel tale quid passus, nunc sine causa manifesta tale malum iterum patitur. Die 18 vocatus dedi decoctum foliorum alth. rad. alth. cum aliquo leuamine, die 19 similia, et fomentum ex lacte, et sapone veneto; dolorem sentiebat in perinaeo, et dum vrinam reddit, dicit se sentire, ac si omnes fibrae tremere in scroto, pene etc. die 20 febricitabat, tamen vrinam poterat dimittere cum sedimento crasso redolentem adhuc balsamum sulphuris. Venam secui, dedi decoctum tamarindorum, fomentum ex seminibus lini, malua etc. applicui, inde leuiter purgatus fuit, sanguis parum feri habuit; inde aliquod leuamen. 21 perrexi in iisdem, dedi vesperi diacod. quia non dormiuerat. 22 genibus insidens vrinam permittit stillare sensim, fomenti pertaesus a chirurgo fecit applicari emplastrum labdan. melilot. etc. dedi idem diacod. sed hac nocte se habuit pessime, abiicit emplastrum, scrotum tumet, corpus penis caernosum tumet, difficilius vrinam dimittit, applicui cataplasma emollientissimum et dedi summe antiphlogistica. Pulsus debilis, parum febrilis, vrina toto tempore erat foetidissima.

24. Nox incommodissima, corpus caernosum penis tumet, et scrotum immaniter tumet, dedi purgans

forte ex foliis fennae, et fomentum ex ruta, sal. amm. etc. post meridiem inueni scrotum gangraenosum ruptum effudisse sanguinolentam saniem, iussi applicari digestiuum, et idem fomentum, saepius alium deposuit liquidam, olidissimam cum leuamine. Dedi emuls. diacod.

Jan. 25. Nox incommoda, vix dormiuit, totus penis tumet, gangraena scroti terribilis nigra, anteriorem, et summam partem scroti occupans, pulsus febrilis debilior, cataplasma antisepticum ex ruta, saluia etc. applicui cum emollientibus, et sale ammon. et dedi medicamentum acidum cardiacum, superbibendo decoctum panis cum malis citreis et vino rhenano. Vesperi totum scrotum, et penis vnum latus gangraenosum erat, circa cardiam inexplicabilem sentit anxietatem, et nauseam omnium rerum, lingua sicca, arida, pulsus debilis, febrilis, et extrema calent. In similibus perrexi.

26. Nox incommoda fuit, parum incipit humescere gangraena, omnia fastidit, perrexi in iisdem, pro potu petebat lac ebutyratum. Dedi ol. cinnamomi cum vino rhenano, et sacharo, et cataplasmati inspersi phlegm. spirit. sal. marini. Vesperi omnia in eodem statu, pulsus febrilis, lingua sicca, anxietas, et fastidium inexplicabile, scrotum totum nigrescit, tumet horrendum in modum, eadem applicui, et cum nihil vellet fumere, iussi sp. salis dulcem, quem ternis cohobationibus paraueram, instillari magna copia potui ordinario.

27. Nox incommoda, omnia eadem, scarificationes iussi, et perrexi in iisdem, vesperi scarificationes non fecerant

cerant vetantibus amicis, vires minuuntur, perrexi in iisdem.

Ian. 28. Nox modica, pulsus minor, gangraena minus nigrescit. Soporosus parum fuit post meridiem, gangraena eadem, perrexi in iisdem.

29. Nox incommoda, pulsus constat, dedi eadem, vesperi parum melius se habebat.

30. Nox incommoda, scarificationes profundas fecimus, (utinam citius) applicui eadem, pulsus constat, febrilis, lingua sicca, dedi summa cardiaca, effluxit multum quasi urinae, et saniei, detumuit scrotum, ingens rima separationis in laterali penis parte.

31. Pulsus constat, et respiratio, vires meliores, lingua sicca, arida, ius carniū meracum sumit cum appetitu, separatio augetur, dedi eadem. Ad latus penis vrethra rupta urinam effundit, perrexi in iisdem.

Febr. 1. Nulla circa scrotum separatio, profundius scarificauimus, et dedi eadem. Incepit in inguine, vbi scrotum ad latera incipit descendere, fieri separatio, sanietas optima.

3. Vt heri, sed dolor ingens est in partibus crudis.

4. Vt heri vesperi, aluum iam intra duodecim dies non deposuerat, clystina dedi, et reliqua, vt ante. Dedi gr. j. opii.

5. Supra os pubis durities quaedam fuerat toto tempore, nunc in inguine, vbi separatio incipit, dum premittur locus, immanis puris copia fluit, nox modica.

6. Non dormiuit, nolens medicamenta assumere: in perinaeo tota vrethra apparet nuda, forte ibi perforata;

nam dubito, an non vrina ibi effluat; ibi totum scrotum separatum cauum apparebat, vrina ibi stabulans incredibilem copiam granulorum arenosorum congefferat, dedi vesperi opiatum.

Febr. 7. 8. 9. Incipiunt omnia separari, nudus musculus suspensorius testium ab vtraque parte apparet, fere ad suam originem vsque conspicuus. In iisdem perrexi, et quia aluus stricta erat, dedi hodie pulpae cassiae vnc. j.

10. Aluum deposuit, per vrethrae orificium vrina effluxit, testis sinister suo musculo tectus nudus totus apparet. Non dormiuerat, hinc vt nimis auctum dolorem sensilium adeo partium minuerem, dedi mixt. ex gr. iij. laud. puri, et cardiacis.

11. Pulchre dormiuit, omnia pulcherrime cedunt.

12. Aluus stricta, dum euigilat, de summa anxietate queritur, dedi pulpam cassiae, et dein idem opiatum.

13. Omnia pulchre procedunt.

14. Sic et hodie. 15 vt heri.

16. Omnia satis bona, sed impedimentum in vrethra facit non exire vrinam per glandem, sed circa os pubis.

17. Vidi vrinam exire circa bulbum vrethrae.

18. Scrutatus cathetere, an peruia esset vrethra, inveni obstare corpus durum, calculosum; oleum vrethrae immitti, et inflari vrethram iussi, tunc leni pressione calculum promouendum esse.

16. Calculum iam non sentio, circa bulbum vrethrae vrina cum impetu exit.

Febr. 20. vt heri. 21 vt heri. 22 vt heri. 23 in inferiori anteriori parte vřethrae incipit incarnatio quasi secedere, et ibi catheter exit, prius resistantiam calculi sentiens, vt credebamus, sed non inuenitur.

24. Ibi loci magna pars vřethrae deficit, sic et a posterioribus circa bulbum vřethrae.

25. 26. 27. vt ante. 28 Mart. 1. vt ante, tandem curatus fuit sic, vt vrina prope collum vesicae exeat, testes retrotracti quasi intra abdomen scroto deficiente.

### *Puerperium.*

Ian. 30. Foemina 28 annorum quartana per quatuor menses laborauerat obstructo hepate cum leui ictero, vrina crassissima fusca, et hydrope incipiente, dederam vina medicata amara, theriac. diatesi. etc. hodie enixa puellum septimestrem circiter, bene se habebat, nec sentiebat dolores, dedi mixturam cum duobus laudani granis.

31. Bene dormiuit, pedes detumuerunt, leuis febricula, appetit modice, dedi lap. cancr. cum syr. diacod. etc.

Febr. 1. Lochia minuuntur, pulsus parum febrilis, dormiuit modice, appetitus languet, sudauit fortiter hac nocte, dedi sal. card. bened. absorbentia, et leue diacodiatum.

2. Hac nocte non dormiuit, febricula, tormina ventris, lochia alba, mammae turgent, appetitus paruus, dedi puluerem ex sale card. bened. cum absorbentibus.

3. Non dormiuit, tormina valida sensit, et ter aluum deposuit, sitis, vrina parca, detumuerunt pedes,

anxietas circa hypochondria, facies adhuc tumet, lochia pauca, et alba, dedi mixt. cardiacam, cum absorbentibus, et parua quantitate salis card. benedicti.

Febr. 4. Dormiuit bene, heri accessus quartanae debilis fuit, pulsus melior, minor molestia in omnibus, lingua nitidior, vrina crassissima, sedimentosa, lochia cessant heri, mammae bene se habent, dedi similia cum cardiacis, et tinct. myrrhae, appetitus erat debilis.

5. Bene dormiuit, vrina similis, lingua nitidior, dedi residuum prioris, aluum ter, vel quater deposuit.

6. Decies aluum deposuit flauam,OLIDAM, granulata, pulsus bonus, leuamen sentit ab hac diarrhoea, vrinam non vidi, appetitus melior, non multum dormiuit, dedi leue cardiacum.

7. Aluum adhuc bis deposuit vt heri, sed non ita granulata, heri paroxysmus quartanae mitissimus fuit, hodie apyrexia, appetitus bonus. Dedi similia.

8. Vesperi tussit, appetitus bonus, febris nulla, ter aluum deposuit, pallor faciei, et tumor. Dedi eadem.

9. Leuis febricula, melius se habet, bene dormiuit, aluum figuratam fuscam valde foetidam deposuit, color faciei melior, dedi similia cardiaca.

10. Febris parua, somnus, appetitus boni, pallor faciei, dedi dr. ij. chalybis forma pilularum.

13. Aluum nigram, viridem, flauam deposuit, et in fundo dixit custos, ignara quid sumferat, haesisse limaturam chalybis, appetitus melior, febris nulla, tamen hypochondria tument, dedi residuas pilulas superbibendo decoctum rad. 5 aperient.



Febr. 15. In fecibus aluinis limatura chalybis inuenta fuit, pulfus satis bonus, color melior, tensum adhuc hypochondrium, alui fluxus similis cum leuamine. Dedi pilulas ex sapone veneto, galbano, sagapeno, superbibendo decoct. 5 rad. cum sale polychresto.

17. Aluum pergit deponere flauam, viridem, òlidam cum leuamine, iussi per biduum pergere; in iisdem.

19. Vrina cum sedimento carneo, appetitus optimus, febris nulla, aluus figurata, tumet abdomen. Dedi infus. forte baccarum iunip. cum sale polychresto.

23. Incipit detumescere post emissam magnam copiam vrinae tenuis aquosae. Dedi idem medicamentum, sic et 26. et 1. Mart. inueni penitus sanam, iussi potare infusum absinth. cum vino.

### *Variolae confluentes.*

Febr. 2. Puella binos annos nata 30. Ian. incepit aegrotare, et postea fortissime febricitare, sic et 31. et 1 Febr. cum leuibus conuulsionibus, hodie mane prodierunt variolae numerosae, paruae, febre non remittente, toto hoc tempore pediluua, epispastica, clysmata, mixt. ex nitr. slib. sp. sulph. per camp. dedi.

3. Febris durat, numerosissimae nates obsident, et pedes; faciem modicae. Dedi similia.

4. Febris, augetur numero. Dedi eadem, et vesperã diacodiatum.

5. Sunt paruae, numerosissimae, confluentes, febris durat, pectus liberum. Dedi similia.

Febr. 6. Apparent inslar capitum minimarum acicularum, febris durat intensa, vesperi pallebant omnia, stertor in pectore. Mortua est hac nocte.

*Pleuritis.*

Febr. 18. Annorum 30. antea pleuritidi obnoxius, die 16. vesperi satis bene se habens incepit sine manifesta causa praegressa febricitare, inueni febricitantem heri mane, capite dolentem, artus conquassatos quasi habentem, linguam sicciorem, iussi balnea pedum, et dedi decoctum rad. gramin. bardan. tamarind. sal. polychrest. Vesperi incepit dolorem in latere dextro sentire circa infimas costas, pulsus erat durus, febris auctior. V. S. ad vnc. x.

Hodie mane sanguis erat phlogisticus, febris modica, lingua sicca, vrina tenuis, heri aluum saepe deposuerat, dolor capitis, iussi balnea pedum, fomentum ex aq. lacte, sapone lateri applicui. Dedi decoctum rad. gram. bard. tamarindor.

19. Vrina sanae similis, febris modica, heri aluum quater deposuit, flatus, haemorrhagia narium leuis, lingua fusca humida, dolor lateris modicus, dum tussit, caput valde dolet. Dedi decoct. auenae, rob ribes. samb. etc. balnea pedum, foment. saponis, etc.

20. Vrina sanae similis cum crassa nube versus fundum, heri ter aluum deposuit parua copia, lingua nigra, febris modica, dolor heri versus latus sinistrum vergebat, tussis molesta est, nox modica, phantasmata videt, dum oculos claudit. Dedi decoctum ex emollientibus

cum

cum nitro, et melle, et quia tussis molesta erat, dedi linctum ex ol. amygd. vitello oui, melle, etc.

Febr. 21. Leuamen a linctu, dolor lateris minor, nox satis commoda cum sudore copiosissimo, lingua humidior, sed nigrā, flatus copiosos dimisit, dum decumbit aliquis stertor in pulmone, vrina vt heri, febris modica, sputa quaedam cum tussi. Dedi decoct. 5 rad. sem rad. bardan. nitro, et melle. Vesperi modice se habuit, sed febris auctior, dedi leue emulsum.

22. Vrina alba, turbida post 6 horas nondum subfidens, febris modica, lingua humidior, tamen nigra, nox modica, singultus, et cum singultu biliosum quid eructat, nec caput, nec latus dolet, ille stertor in pectore minuitur. Dedi decoctum simile, vt heri.

Vesperi febris auctior, pulsus durus, singultus, lingua sensim nitidior, dolor lateris et capitis nullus, vrina nubeculam habet. Dedi resid. decocti, et pulu. ex lapide prunellae, cancr.

23. Febris parum minor, quam heri vesperi, linguae nigredo sensim minuitur, et apparet humida, stertor adhuc in pectore, aluum nititur saepe deponere, sed frustra, pulmo tamen videtur magis repletus, clyisma ex sale gemmae, melle, mercurial. ol. lini etc. et dedi mixt. ex vnc. ℞. nitri cum vnc. iij. fyr. alth. aq. flor. samb. superbibendo decoct. rad. bardanae, gramin. ficuum, rad. foeniculi, glycyrrhizae etc.

Vesperi febris fortior cum pulsu non ita duro, quater aluum deposuit olidissimam, vrina tenuis cum nubecula, leue delirium, iussi balnea pedum, epispastica,

respi-

respiratio adhuc commoda, sed tamen aliquis stertor in pectore. Dedi vnc. j. diacodii.

Febr. 24. Nox modica, pulsus celer, febrilis, lingua fordida, tamen humida, aliquis stertor in pectore, non multum delirauit, vrina tenuis modice colorata, de nullo dolore queritur, sitis magna. Dedi mixt. vt heri, et decoct. magnum auenaceum.

Vesperis bis aluum deposuit fluidam, febris vt hodie mane, lingua vt ante, aliquis stertor in pectore adhuc. Dedi emulsum superbibendum mixturae residuo.

25. Nox commodior, singultus, pulsus minus febrilis, lingua fordida, sed humidior, appetitus melior, vrina sanae similis, cum nubecula, respiratio commodior, stertor in pectore minor. Dedi similia ac heri.

Vesperis satis commode se habebat, pulsus plenus, sed minus febrilis, lingua nitidior, vrina incipit turbari.

26. Nox incommoda fuit, sed mane post horam sextam melius se habuit, ac bene dormiuit, vrina diuulsum sedimentum habuit, pulsus fortis, aequalis, lingua nitidior, tussis. Dedi decoctum aperiens nitrosum cum melle, et syrupo 5 rad.

27. Heri quater aluum deposuit nigram,OLIDAM, nox modica, lingua nitidior, febris fere nulla, aliquis stertor in pectore, sed paruus, vrina vt heri, sed sedimentum incipit magis aequabile fieri. Dedi salem polychrest. syr. alth. flor. rhoead. aq. rhoeados.

28. Bene se habuerat, sudauerat aquabiliter toto corpore. Dedi similia, appetitus augetur.

Mart. 1. Apyrexia, nox quieta, vrina crassa, turbida, appetitus bonus. Dedi infus. contrai. cum succo citri.

2. Dixit heri doluisse latus dextrum, dum circumvertitur, aliquis adhuc in pectore strepitus, nec sputa multa producit. Dedi mixt. ex spermate ceti cum vitello oui, melle, aq. foeniculi.

3. Vrina sana, appetitus bonus, aluum bis deposuit, nox comoda fuisset, nisi tussis impediuisset, aliquis strepitus in pectore. Dedi ol. amygd. dulc. cum vitello oui, et syr. diacodii.

4. Sputa flaua cum leuamine, febris nulla, vrina coloratior sana cum nubecula, appetitus optimus, dolor euanescit. Dedi aq. foenicul. hyssopi syr. hyssopi tinct. myrrh. superbibendo lac, aquam, et mel.

6. Sputa cum leuamine, vrina sana, febris nulla, leuis adhuc in pectore strepitus, appetitus bonus. Dedi syr. hyssopi cum aq. foenicul. tinct. croci superbibendo infus. glycyrrhizae cum aq. et lacte.

4. Bene se habet in omnibus, sola tussis molesta est, Dedi pil. ex oliban. myrrha, opopan. glycyrrh. succo, superbibendo infus. hyssopi.

15. Tussis adhuc molesta, in reliquis bene se habet. Dedi diacodii vuc. ij. cum aq. foeniculi, hyssopi.

### *Convulsio.*

Febr. 20. Duos annos, et quinque menses nata puella hodie subito sine manifesta causa vlla, nisi quod parum de dolore capitis conquesta fuerat, sinistro latere

a capite ad pedes vsque conuulsa fuit, clyfma applicui, epifpastica, et variolas metuens mixt. ex sp. sulph. per camp. nitro, stibio, syr. flor. violar. vesperi optime se habebat.

Febr. 21. Nox bona fuit, optime se habet.

22. Satis bene se habet, sinistra pars faciei tumet.

23. Vt heri. Dedi purgans.

24. Parotis sinistra tumet. Dedi mixt. c. syrup. cich. cum rheo.

25. 26. Incipit parotis detumescere.

27. Bene se habet, iussi omni 14. die fumere purgans, balnea pedum vsurpare.

Mart. 26. Die 23. incepit febricitare, febre continua, vt credo, nam morosae puellae pulsum tangere non licuit, hodie mane iterum in sinistro latere conuulsa fuit, omnis sensus expers dextra manu dextram capitis partem tangente, iussi clyfma, quod et heri applicueram, metuens variolas, epifpastica pedibus, manibus in carpo etc. Vesperi parum ad se rediit, tamen sinistrum latus paralyticum erat.

27. Nocte conuulsa fuerat, febris durat. Dedi purgans, et clyfma postea iniiciendum.

28. 29. Fere similiter perrexi in purgantibus, epifpasticis.

30. Parum melius se habuit, Cl. Boerh. fontanelam profundam in brachio fieri iussit, applicui nuchae galbani emplastrum. Mouit brachium, et pedem, alvum olidissimam deposuit; dedi enim purgans.

Mart. 31. Quieuit optime hac nocte, chirurgus noluit facere foniculum.

April. 3. Applicui nuchae vesicatorium largum.

4. 5. 6. 7. Fluxit acriter locus vesicatorii, incipit incedere, et brachium bene mouere. Conualuit.

### *Peripneumonia notha.*

Mart. 2. Annorum 48 post coryzam diuturnam incepit sentire circa cardiacam oppressionem, dum decumbit imprimis, hinc vix decumbere potest, sed sedet erecta, per triduum sic languit, tussit valde, et tunc auditur stertor in pectore, febris nulla, dum erecta sedet placide respirat, iussi pedum balnea, et dedi decoctum aperiens cum melle et nitro, et syr. rosarum cum senna, vrina sana.

3. Alum deposuit saepe cum leuamine, stertor minor in pectore. Iussi pergere.

4. Melius se habet, vrina subsedit, iussi infus. hyssopi cum aqua, lacte et melle potare.

### *Ischuria.*

Mart. 4. Annorum 38 obesa penitus, antea nephriticis doloribus obnoxia fuit, tamen calculos nunquam demisit, die 2. Mart. vocatus inueni conquerentem de magnis doloribus dorsi cum pulsu duro, celeri, iussi V. S. et dedi decoctum ex alth. malua etc. cum nitro. Die tertia inueni sanguinem phlogisticum parum, nec magnum habuit leuamen, vrinam non dimisit. Dedi similia; hodie mane nondum vrinam dimisit, nec sen-

tit pressiorem circa vesicam, iussi fomenta applicanda lumbis ex sapon. veneto, aq. et lacte, et dedi mixturam ex syr. cich. cum rheo, sale polychrest. aq. petrosel. clystina feces eduxit, nullam vrinam, vesperi febris auctior, sic et heri vesperi fuerat, tensio aliqua circa vesicam, iussi fomentum applicari pudendis, respuebat mixt. Dedi oleum amygd. cum vitello oui, syr. cichor.

Mart. 5. Hodie mane carpento vecta est, tamen ne minimum vrinæ dimisit, nox modica, febris nulla. Dedi purgans hydragogum. Post meridiem febris cum frigoreprehendit satis fortiter hora quarta, aluum deposuit tenuem magna vi, vrinam non dimisit, lingua sicca, fitis non magna. Dedi gt. xx. laud. liq.

6. Bene dormiuit, febris iam nulla, vrinam non demisit, dolor minor in lumbis, et lateribus, ante dixit in lumbis dextris se aliquid sensisse, nunc in sinistro lateré circa spinam ossis ilii dolorem sentit, iussi ventionem in rheda, et dedi decoct. rad. eryng. foenicul. petrosel. glycyrrhizae, dum surgebat, tam debilis erat, vt non potuerit in rheda vehi. Iussi vinum rhenanum.

7. Vrina nulla, nox modica, pulsus bonus, alimenta assumit. Dedi ol. thereb. gt. xij. idem decoctum, et iussi ventionem in rheda.

Vesperi nullam vrinam dimiserat. Menses fluunt; obtusum pergit dolorem sentire in sinistro lumborum latere.

8. Omnia eadem, menses incipiunt fluere parum plus, fitis magna, malus in ore sapor falsus, foetidulus, pulsus modicus, obtusum dolorem sentit in eodem loco,



non deposuit aluum. Dedi spiritum nitri dulcem, rob  
ribes. diamor. aq. meliss. cort. citri.

Vesperis deliravit, subsultus tendinum, pulsus inae-  
qualis, anxietas. Perit hac nocte.

### *Parotis.*

Mart. 10. Annorum 25 menses subinde restant, heri  
subito parotis intumuit, febricitat. Dedi summa anti-  
phlogistica, et applicui cataplasma ex aëna in aq. et  
lacte coctis.

11. Parotis minuitur, febricula, aluus stricta. Dedi  
purgans antiphlogisticum.

12. Bene inde purgata est, detumescit parotis. Dedi  
eadem, ac 10. Mart. Conualuit.

### *Bilis atra mota, cum febre continua.*

Mart. 18. Puella 28 annorum satis sana vixerat, nisi  
quod hinc inde leui flauedine vultus hac aestate deturpa-  
tus fuerit, vt dicunt, gingivae scorbuto fere exesae, ante  
tres septimanas tristi nuntio mortui patris subito percussa  
fuit, dicunt dimisisse die 15. Mart. vrinam nigram.  
Consuluit ipsa Cl. B. tunc, qui dedit ℞. aq. foenicul. ℥ j.  
mannae elect. vnc. j. syr. cichor. cum rheo vnc. ij. tart.  
vitriol. dr. iß. heri iterum consuluerant, dixit hepar af-  
fectum esse, et dedit ℞. crem. tart. vnc. j. sal. polychrest.  
dr. iij. tart. vitriol. dr. ij. vitriol. mart. dr. iß. m. f. pul-  
vis, sumat omni trihorio digitabulum ex aqua pura. Vidi  
hodie aegram febricitantem, vrina erat flaua turbidula,  
color tamen cutis non erat ictericius, sitis erat immanis,

aluum deposuerat nigram, granulofam, foetidam valde. Dedi eundem puluerem, et decoct. rad. acetofae, scorzon. cum syr. citri, et aq. cinnamomi.

Mart. 19. Vrina flaua subturbida, aluum deposuit sed minus foetidam, quam ante, nec ita nigram, coma vigil, fitis magna, heri leue delirium, nunc tamen mens constat, lingua obfita, oppressio circa cardiam, febris vt heri fere. Dedi mixt. ex rob samb. diamor. ribes. fale polychr. tart. vitriol. spirit. nitr. dulc. vitae Math.

Vespero pulsus debilior, celer, intermittens, insomnia turbulenta, vrina eadem; aluum deposuit, vt dicunt, nigram, olidam, fitis eadem. Dedi emulsum.

20. Vrina similis, dormiuit melius, pulsus febrilis, euigilat cum labore, lingua humidior. Dedi mixt. ex fale polychr. tart. vitriol. rob samb. diamor. sp. nitr. dulc. etc. superbibendo decoct. ex rad. acetof. gram. scorzon.

Vespero modice se habebat, iussi dari idem emulsum.

21. Aluum deposuit nigro viridem, olidissimam, ac si liquamen corruptae bilis foret, nox non adeo comoda fuit, ac quidem praeterita, lingua fusca, febris, fitis, anxietatem sensit hac nocte, et vomuit. Dedi pro potu succum citri cum decocto panis, et vino rhenano, pro victu poma acida, cocta. Dedi decoct. recent. acetofae, scorzon, gram. cum rob sambuci, tart. vitriol. fale polychresto.

Vespero modice se habebat, aluum similem bis deposuit, pulsus debilior parum, minus febrilis, lingua vt hodie mane, circa cardiam habet dolorem aliquem, dulcia abhorret, acida appetit. Dedi simile emulsum.

Mart.

Mart. 22. Usque ad tertiam horam dormiuit bene, postea non, lingua nigra sicca, pulsus vt heri, vrina non amplius flauescit, sed sanae similis est, aluum similem deposuit semel, iussi pergendum in similibus.

Vesperi vrina decolor, pulsus debilior, vacillans, aluum similem deposuit, inuno aliquando fere insciae effluxit, lingua nigra, fitis magna est. Dedi spirit. sulph. cum syr. rub. idaei, diamor, Nicol. diacod. etc.

23. Vrinam non vidi, sapor dulcis in ore, pulsus melior, lingua humidior, aluum similiter deposuit, et in fundo matulae subsedit puluis niger quasi, summo ardore vinum rhenanum, succum citri etc. appetit. Dedi mixt. ex rob ribes. samb. sale polychr. sp, nitri dulc. vitae Math.

Dormiuit, febris fortior, aluus similis. Dedi eadem, lingua humidior.

24. Pulsus melior, ad 12 dormiuit satis bene, lingua nigra, vrina vt ante, sed crassas habet fibrillas, aluum similem deposuit, conquesta fuit de vrinae quodam ardore, fitis similis. Dedi similia.

25. Sitis maxima fuit hac nocte, pulsus melior, lingua nitidior, vrina sana, febricula. Aluum similem semel deposuit, euigilauit cum summa anxietate. Dedi similia.

26. Nox commoda, mane vomuit, aluus minus nigra, minus foetens, pulsus bonus, non febrilis, lingua nitidior. Dedi condit. ex nuce myrist. cond. cydon. condit. etc.

27. Vrina sana, aluum non deposuit. Dedi eadem.

Mart. 28. Vrina sana, omnia meliora. Dedi aq. menth. cum tinct. myrrh. syr. mentli.

29. Vrina sana, omnia meliora.

31. Appetitus languet. Dedi aq. menth. cum tinct. helen. syr. menth. vrina sana. Conualuit.

### *Angina aquosa.*

Mart. 28. 22 annorum circiter, pallida, aquosa, debilis, angina laborare incepit heri, vidi vuulam pendulam pellucidam fere aqueo tumore turgidam, leuem febriculam. Dedi purg. ex resina ialap. scammon. sacharo; et gargar. ex flor. rosar. balauft. melle rosar. et spirit. matricali.

29. Melius se habet, detumuit vuula, bene purgata, tonsilla sinistra tumet cum albedine, addidi residuo gargarisin. sp. salis marin. menses fluunt.

30. Omnia meliora. Dedi eadem.

31. Omnia detumuerunt, iussi per biduum pergere. Dato dein chalybe roborato corpore conualuit.

### *Cephalalgia immanis.*

Mart. 30. Annorum 36 circiter, macilenta, multis curis distracta, sana fatis die 28. vespere subito dixit se sensisse, ac si valdissimum in vertice ictum acciperet, mox dolore acerrimo capitis laborasse, dixit se febricitasse huc vsque valide, sed non credo, hinc inde delirauerat, lucem non ferebat prae immani capitis dolore, febrim nullam inueni, venas tensas, labia rubra, caput calens, iussi balnea pedum, epispastica. Dedi decoct.

tama-

tamarind. cum nitro, et syr. cich. cum rheo, post quatuor horas redii, dixit menses incepisse, sed sine vllou leuamine, colores videbat ante oculos, vertiginosa erat, dolor immanis, videbat aues, fonitum quemuis ferebat impatienter, V. S. ad vnc. x. balnea pedum, epispastica, oxycratum cum nitro, fronti applicui, mixt. ex nitro rob samb. spirit. sulph. per camp.

Mart. 31. Vrina turbida, crassa, febris nulla, dolor minor, iussi eadem.

April. 1. Melius se habet, dormiuit melius, febris nulla. Dedi decoct. tamarind. vesperi dixit, se mira quaedam vidisse insomnia. Dedi emulsum.

2. Nox modica, febris nulla, vrina turbida. Dedi emulsa, tota die dormiuit fatis pacate.

3. Febris nulla, nox modica, post tertiam non dormiuit. Dedi eadem, et pedum balnea.

4. Cucupham ex flor. lauand. thymo, serpillo etc. capiti apposuerat sua sponte; quamdiu calescebat cucupha, inde sentiebat leuamen, postea non, hinc reiecit. Nox fuit modica, caput dolet, et capillorum quasi radices, vrina crassa, febris nulla. Dedi salem polychrest. cum syr. fennae, aq. melissae.

5. Aluum sexies deposuit cum leuamine, odoratus vix vllus, nec sapor fere, vrina flauum habet sedimentum, saporem aliquando percipit salsum, sed tamen obtusum quasi, nam acidissimi citri aciditatem non percipit. Dedi aq. rorismar. syr. stoechad. tinct. succini.

6. 7. Vrina subsedit bene, sensim in omnibus se bene habuit. Dedi idem medicamentum.

Apr. 8. Melius se habet, aluus stricta, iussi cras gr. xv. pil. coch. fumenda. Conualuit.

### *Hepatitis.*

April. 8. Iuuenis. 23 annorum per biennium laborauerat ante tres annos vomica pulmonum, et vera phthisi, inde sanatus nunc die quinta incepit febricitare, aegrotare, sexta vocatus inueni febrim satis validam, magnam anxietatem pulmone tamen libero, vrinam profunde coloratam, spumofam valde, foetidam, credidi hepar infarctum esse, dolor erat in dextro hypochondrio, vomebat ab assumptis, leuis flauedo oculorum. V. S. sanguis erat phlogisticus. Dedi antiphlogistica summa cum sale polychr. fomenta ex sapone veneto, aqua, et lacte, in his hucusque perrexi, anxietas mansit, aluus stricta, pulsus modice febrilis, vrina eadem. Hodie mane anxietas summa, iussi clyisma iniici. Dedi forte taraxaci decoctum cum sale polychrest. fyr. 5 rad. aperient.

Parum inde melius se habebat vesperi, febris eadem satis mitis, perrexi in similibus, iussi clysmā iniici ex sale polychr. fyr. fumar. etc.

9. Nox modica fuit, aluum parca copia deposuit, fuscā, liquidam, vinctuosam, aequalem, respiratio quasi molesta ob infarctum hepar, et dum bibit aliquid, dislento ventriculo sentit molestiam. Dedi fortissimum decoctum ex ℥ ij. rad. cichor. ℥ β taraxaci, lupulo, acetosa, gramine cum sale polychrest. fyr rhei, et fumariae.

Facies icteritia, vrina flaua, spumofissima, pulsus mollis, non multum febrilis, septies aluum deposuit fuscam, subliquidam, aequabilem, olidissimam cum leuamine. Dedi idem medicamentum, et decoctum panis cum vino rhenano pro potu.

Apr. 10. Debilitas fatis magna in motu, pulsus aequalis, vix febrilis, color faciei magis flauus, vrina vt ante, nox commoda fuerat. Dedi idem decoct.

Vesperis dum de lecto in lectum transit, magna debilitas, manum tamen fortiterprehendit, pulsus bonus, respiratio melior, vrina eadem; aluum duodecies deposuit similem, olidissimam, totum decoctum sumsit, et ius carniū cum succo citri, et hinc inde vinum rhenanum, lingua humida. Dedi gratum acidum cardiacum cum spiritu nitri, vitae Math. rob samb. diamor. etc.

11. Nox modica fuit, sudauit, vrina parum minus spumosa, facies icteritia, lingua humida. Dedi idem decoctum.

Aluum sexies minus fuscā deposuit, minus redolentem, vrina parum minus flauescens, debilitas, febris nulla, anxietas. Dedi gratum acidum cardiacum.

12. Vrina minus spumosa, parum minus flauescens, dolor circa lienem, pulsus fatis debilis, sed aequalis, non febrilis, aluum semel deposuit similem, angustia magna vsque ad secundam nocturnam, postea dormiuit. Dedi idem decoctum, et elaeosach. ex ol. cort. cinnamomi, aurant. citri, pro victu lac ebutyratum, iusculum carniū cum chaerophyllo etc.

Vrina subsederat carneo sedimento, aluum saepe deposuit minus fuscum. Dedi eadem.

Apr. 13. Aluum flauum deposuit minus foetidum, bene dormiuit, vrina minus spumosa, lingua melior, color minus flauus. Dedi idem decoctum.

Vrina minus flua, minus spumosa, aluum deposuit flauescens, debilitas, et animi quasi proiectio, lingua tamen humidior, dum profunde respirat, in latere sinistro dolorem sentit. Dedi gratum emulsum cardiacum.

14. Nox bona, vrina minus flua, et spumosa, facies minus ictérica, appetitus adhuc nullus. Dedi idem decoctum.

Vesperi vrina melior vix ictérica, excrementa flua, modice se habet. Dedi emulsum gratum.

15. Vrina minus ictérica, color melior, pulsus debilis, sed aequalis, heri circa decimam magnam sensit debilitatem, appetitus nullus, languet parum. Dedi rob ribes. samb. sp. nitr. dulc. vitae Math. aq. cinnamomi, citri, melissae.

16. Anxietas maior hac nocte, pulsus vt ante, oculi parum flauescunt, vrina parum coloratior. Dedi mixt. ex sale polychr. tart. vitriol. rob samb. etc.

17. Dolor in latere sinistro, post borborygmos aluum deposuit nigram olidissimam, pulsus bonus, fitis parua, appetitus modicus, respiratio bona, vrina subsedit, oculi flauescunt adhuc. Dedi salem polychr. tart. vitriol. rob samb. ribes. diamor. spirit. vitae Math. etc.



Apr. 18. Heri appetitus modicus, dormiuit fatis bene, pulsus non febrilis, sed debilis, oculi flauescunt adhuc, vrina colorata magis, lingua humida. Dedi dr. ij. crem. tart. sal. polychr. dr. j. vitriol. ♂ gr. xij. M. f. pulueres N. vj.

19. Aluum nigerrimam deposuit, oculi minus icteritii. Dedi eosdem pulueres.

20. Aluum non deposuit, in omnibus melius se habet. Dedi eosdem pulueres.

21. Aluum semel deposuit nigerrimam. Dedi eadem, vires augentur.

22. Heri tormina ventris habuit, et deposuit aluum nigerrimam, olidam, argillaceam, cum magno leuamine, oculorum fluedo minuitur. Dedi eosdem pulueres, vrina sana.

23. Oculi parum magis flauī, pulsus bonus, appetitus, vires augentur, vrina parum coloratior, aluum similem magna copia deposuit. Dedi eosdem pulu.

24. Vrina fere sana, oculi parum adhuc flauī, iussi sumere eosdem pulueres superbibendo idem decoctum.

26. Vt ante iussi adhuc pergere in iisdem.

28. Aluum vix deposuit, vrina decolor olidissima.

30. Aluum ter deposuit, sensim in omnibus se melius habet. Dedi simile decoctum ac die nona Aprilis.

Mai. 3. Aluum viridem pergit deponere, vires augentur, perrexi in iisdem.

5. Tussiuit valide, de nocte sudauit, vires modicae, vrina sana. Dedi mixt. ex spir. matricali, tinct. myrrhac, syr. diacod.

Mai.

Mai. 7. Vrina adhuc colorata, febris nulla, tuffis, fputa quaedam. Dedi syr. diacod. cum aq. foeniculi.

9. Tuffis cum fputis copiofis flauis coctis, vrina decolor, foetida, febris nulla, appetitus bonus, aluum quinque diebus non depofuit. Dedi pulpam caffiae, et decoctum 5 rad. cum glycyrrh.

10. Tuffis adhuc valida, fputa glutinofa, febris nulla, appetitus bonus. Dedi idem.

11. Tuffis minor, vrina pallida, olida. Dedi idem decoctum.

12. Satis bene fe habet, fluedo nulla in oculis. Dedi pilulas ex myrrha, olibano, fucco glycyrrh. terebinth. superbibendo aquam, lac, et mel.

18. Vires fenfim augentur, tuffis minuitur. Dedi eadem.

*Tumor pedis in puerperio ex terrore.*

Apr 13. Trium feptimanarum puerpera, die octaua Aprilis turbata, ilico dolorem fenfit in lumbis, qui fe per abdomen propagabat, mox per crus, et femur finiftrum, die vndecima intumuit crus fine rubore, heri parum induruerat, inftar plumbi graue erat et immobile, fuuferam fomentum ex aqua, lacte, et fapone, nox incommoda, totum femur ad inguina vfque dolet, febricula, iuffi fomentum idem, et decoctum aperiens cum nitro, et ligno fantal.

14. Tumet crus parum plus, rubor occupauit totam cutem, qua parte fomento ex fapone tecta fuit, mi-

nor dolor est, applicui idem fomentum, febricula. Dedi antiphlogist. remed. ex nitr. et rob samb.

Apr. 15. Pulsus debilis, dolor in inguine circa femur, crus rubet vt heri, sed inuitur dolor, lochia incipiunt adhuc fluere. Dedi lapid. caner. cum nitro, syr. alth. diacod. aq flor. rhoead. fomentum saponis.

16. Melius parum se habet. Dedi eadem.

17. Vt heri, pedi tamen non potest insistere. Dedi eadem.

18. Vt heri.

19. Iam etiam in femore circa inguina incipiunt apparere pustulae rubrae cum leuamine doloris, iam pedi insistere potest.

20. Omnia in melius tendunt.

### Variolae.

April. 28. Inceperat aegrotare die 26. Aprilis, heri vesperi inueni febricitantem validissime cum magno calore, subsultu tendinum, *ἀνασθησία*, delirio, non respondebat ad interrogata, variolas pessimas suspicatus V. S. ad vnc. vij. epispastica iussi, et mixturam dedi ex sp. sulph. per camp. etc. hodie mane inueni parum minus febricitantem. sanguinem sanum pauco sero dilutum, stupor erat, iussi balnea pedum, clystina, et eandem mixt.

Vesperi parum melius se habebat, febris parum minor, stupor adhuc, clystina feces globosas eduxit.

29. Vrina subsedit sedimento copioso, mucoso, pallido, sensus redeunt, variolae paucae distinctae prodeunt, febris durat, hac nocte delirauit, aluum non depo.

deposuit. Dedi decoct. tamarind. cum nitro et syr. fennae.

Vesperi febris fere nulla, paruae pustulae in facie non valde confertae, aluum non deposuit, vlcus scorbuticum in gena sinistra, dum dormit, delirat, nunc ad interrogata bene respondet. Dedi eadem, et spir. falis marin. cum melle rosarum, vt tangerent vlcus illud scorbuticum.

Apr. 30. Vrina subsedit sedimento simili, delirium pessimum, febris nulla fere, variolae tument, rubent, aluus stricta. Dedi idem medicam. et clysmā applicui.

Clysmā non applicuerunt, febris fere nulla, delirium cessauit penitus, dolor circa cardiam, variolae non multae, sed paruae, appetitus rediit, comedit enim lac ebutyratum. Dedi emulsum.

Mai. 1. Nox pacatissima, febris nulla, delirium nullum, perrexi in balneo pedum, etc. et vsu emulsi.

Febris intensior, fauces dolent, pustulae paruae, sed discretae. Dedi leue diacodiatum, aluum non deposuit.

2. Febris vt heri, pustulae tument, rubent, suppurantur, caput dolet, somnia terrificā, fauces dolent, aluus stricta, iussi clysmā applicandum, et diacod. hora 5 sumend. dolor capitis ingens, clysmā copiosas feces eduxit, febris maior, iussi epispastica, epithema capiti applicandum, vrina decolor.

3. Vrina citrina cum nubecula, aluus non respondet, febris mitior. Dedi syr. cichor. c. rheo, sale polychrest. vt purgaretur, vesperi diacod. vrina tenuis citrina,

Conqueritur de dolore capitis, caeteroquin pacata dormit, aluum non deposuit.

Mai. 4. Nox commoda fuit, tamen dolor capitis adest; delirium nullum, vrina subsedit, vt 29. Dedi eadem ac heri, quia aluus non respondet, et vesperi diacodiatum.

5. Bene se habet, aluum deposuit. Dedi eadem.

6. Optime se habet, nihil dedi, dolor capitis nullus, siccantur variolae.

8. Conualuit, sed inuenit mater copiosas fuisse sub capillis variolas, licet in facie, et corpore paucae fuerint.

### *Morbus variolosus forte sine variolis.*

Mai. 14. Annos  $1\frac{1}{2}$  natus pallidus parum, nocte media inter 11 et 12 incepit febricitare, vomere, heri diarrhoea corripuit, soror eius ante aliquot dies variolis correpta fuit in eodem cubiculo, hac nocte non multum dormiuit, febris mitior, diarrhoea. Dedi emulsum.

15. Nox modica, commoda, leuis febricula, diarrhoea. Dedi absorbentia.

16. Conualuit.

24. Variolae paucissimae apparuerunt, postquam per aliquot dies languerat.

### *Variolae discretae.*

Mai 22. Annorum 14 iuuenis euchymus satis, tenerioris tamen fabricae, inceperat iam die 18 languere, tamen operas suas perfecerat sed cum molestia, plumbariae arti operam dans vsque ad diem 20 exclusiue,  
tunc

tunc vocatus inueni febricitantem satis valide, capite dolentem, rubentem, variolas suspicatus iussi balnea pedum, epispastica, mixt. ex nitr. antim. sp. sulph. per campan. aq. melissae etc. die 21 variolae prodierunt, hodie satis confertae, distinctae tamen, sed planae, perrexi in iisdem, faciem obsidebant satis numerosae, stillae quaedam de naribus sanguineae, circa vesperam delirauit, tamen febris non erat intensa, epispastica, clysmā, decoctum tamarind. cum nitro dedi, postea emulsum.

Mai. 23. Apyrexia, mens constat, rubent acriter, tument plus. Dedi spirit. sulph. p. camp. nitr. rob ribes. samb. syr. violar. etc.

Vesperī apyrexia, fauces dolent, aluum non deposuit. Dedi diacod.

24. Vrīna subsedit, nox fuit commoda satis, non delirat, febris nulla. Dedi similia, decoctum antiphlogisticum, hora quarta diacodiatum, variolae rubent fortiter, vesperī se bene habebat.

25. Apyrexia, nox commoda, non delirauit, tument, rubent variolae, et suppurantur. Dedi decoct. rad. chin. scorzon. cum syr. citr. et vesperī diacodiatum. Vesperī se bene habebat.

26. Apyrexia, nox commoda fuit, suppurantur pulchre, interstitia rubent. Dedi similia, et vini pau-xillum.

Vesperī inueni maiorem anxietatem, et minus facile deglutiebat, aluum non deposuerat intra 4 dies, iussi clysmā applicari.

Mai.

Mai. 27. Nox incommoda, deglutitio difficilior, sed velum palatinum plurimis variolis obsessum erat, pulsus et respiratio bona, interstitia rubent, fusca incipiunt fieri in facie, clystma feces eduxit. Dedi gratum emulsum.

28. Pulsus fortis, nox incommoda valde, incipiunt in facie sicari. Dedi spirit. sulph. per camp. etc. cum succo citri, pomor. Chinens. etc.

29. Calorem incommodum sentit post assumptum diacodiatum, interstitia variolarum rubent, inens constat, siccantur in facie parum. Dedi spirit. sulph. nitrum, syr. rub. idaei, uox modica.

30. Incipiunt sicari. Dedi similia.

Iun. 1. Cum aluus stricta foret, sicarentur omnia. Dedi purgans ex pulpa cassiae.

2. Summum leuamen a purgante, febris ferè nulla, appetitus bonus, crustas variolosas aluo excreuit. Dedi cardiaca acida, et reliqui.

### *Cephalaeae pertinacis causa ex cadauere.*

Puella 18 annorum boni coloris, et habitus cephalaeae semper ferè laborauerat a prima aetate, a minimo aeris calore, motu statim aucta, sic vt nullum ignem ferre posset, somnolenta semper, vix loquebatur, tristis, vix ullis lusibus delectata, a prima infantia semper lassâ, paucis ante obitum mensibus memoria minuebatur. Tribus septimanis ante obitum in occiput retrorsum ceciderat. Vocatus inueni querentem de immuni capitis dolore continuo, sine febre, sine signo plethorae, vel

maioris deriuationis ad caput. Dedi purgantia, balnea pedum, epispastica, oxycratum fronti applicui, sed omnibus incassum adhibitis leue delirium incepit; paucis post horis conuulsa apoplectica periit.

Capite prudenter dissecto haec apparuerunt.

Circa partem posteriorem ossis bregmatis vtriusque parum supra futuram lambdoideam imprimis in latere sinistro perieranium rubebat magis solito, vasa sanguinea integumentorum magis turgida solito.

Os frontis futura ad nasum vsque diuisum erat, et in parte interna ossis frontis vtriusque ad latus illius suturae. ad distantiam circiter digiti lati a sutura ingens sinus insculptus erat per diploen penetrans, lamellam osseam externam tenuissimam relinquens, sinus illi latitudine digiti minimum capiebant, longitudo erat transversa pollicis, in dextro sinu apparebant foraminula multa, vbi vasa adhaeserant, in sinistro latere tabula externa cranii sere perforata erat; his sinubus respondebant binae prominentiae fungosae satis solidae durae matris, figuram sinuum habebant perfecte, et dura mater pertinacissime ibi adhaerebat, sic vt vix inde auelli posset. Vasa durae matris erant satis turgida.

Et in eodem loco pia mater haerebat fortiter durae matri, et vasa sua quasi immittebat durae matri.

Venae maiores piae matris circa sinum falciformem aere plenas, circa posteriores cerebri lobos sanguine turgidae magis, quam circa anteriores lobos.

Ablata falce lobi anteriores cerebri per piam matrem cohaerebant a medio ad os ethmoides vsque ad corpus callosum.



Arteriae binae magnae ad vtrumque latus corporis callosi decurrentes aere plenas, sanguine vacuae.

Cortex cerebri non ruber, sed parum magis fuscus, sed quarto a morte die cadaver aperiebatur.

Ventriculi cerebri aqua pleni, sed non foetida.

Circulus Willisianus vacuus.

In basi calvariae tota fella Turcica viridescibat.

Glandula pituitaria videbatur solito minor.

Cerebellum bonum.

### *Variolae.*

Mai. 28. Puella 10 annorum. Dixerunt illam incepisse aegrotare die 24, sed postea tantum die 25, inueni hodie vesperi fortissime febricitantem, calentem cum pulsu pleno, dolore capitis valido, facie turgida, oculis prominentibus, subsultu tendinum, leui delirio, variolas suspicabar et pessimas, iussi V. S. ad unc. vij. oxycratum capiti applicari, epispastica pedibus, et dedi decoct. tamarind. cum nitro, etc.

29. Hinc inde puncta parua faciem obsident, delirium nullum, febris mitior, dolor capitis minutus, iussi vt pergeret eadem facere.

Vesperi febris auctior, leuis tendinum subsultus, hinc inde delirium, non augentur multum nec numero, nec magnitudine, clyisma iussi, epispastica, balnea etc. et spirit. sulph. p. camp. in potu mol.

30. Nox commodior, febris sed mitior, variolae prodeunt sed lente, delirauit parum, confertae paruae faciem occupant, manus vel pedes haecenus nullae. Dedi

summa antiphlogistica, et spiritum sulphuris per campanam, balnea etc. iussi stragulis incumbere, poma Chinesia sumere. Clyfina feces eduxit.

Vesperis fatiſ numerosae caput occupant, artus haſtenus nullae, febris minor, perrexi in iisdem.

Mai. 3<sup>o</sup>. Nox quieta, fauces dolent, febris sed mitior, incipiunt occupare pedes et manus pustulae, in facie paruae numerosae. Dedi mixt. ex succo citri, pomorum Chinesium, violarum, syr. rubi idaei, aq. flor. tiliae etc. balnea pedum.

Febris mitior, fauces variolis plenae, fatiſ commode se habet, in manibus prodeunt. Dedi gratum emulsum cum diacodio, epispastica, etc.

Iun. 1. Dormiuit bene, febris nulla, variolae paruae, planae, fauces minus dolent, facies rubet. pedes occupantur pluribus variolis. Dedi vesperi diacod. et mixt. ex succo pomor. Chines. citri, syr. violar. nitro, etc.

Vesperis commode se habet.

2. Vrinam cum difficultate dimittit, hodie febris fere nulla, circa labia confluunt, suppurantur, interstitia ruberrima, in faucibus aliqua molestia. Dedi similia, et diacod. vesperi. Omnia fatiſ pacata.

3. Bene fatiſ se habet, febris parua, dormiuit modice, sed odontalgia correpta est, interstitia variolarum rubent, aluus stricta, in balneis, et epispasticis perrexi, et dedi clyfina.

Vesperis se modice habebat.

Jun. 4. Febris, nox quieta, suppurantur pulcherrime, interstitia rubent. Dedi ius carniū cum succo citri, vinum hispanicum, vesperi diacod.

5. Nox commoda fuit, febricula, exsiccari in facie incipiunt, appetitus paucus. Dedi similia, et vinum hispan.

6. Omnia vt heri. Dedi decoct. ex china, saraparil. rad. gramin. syr. citri, vino rhenano, vesperi diacod.

7. Febricula, heri inquietior fuit, iactatio, nec dormiuit tam bene, exsiccari in facie incipiunt, aluus stricta. Dedi diacod, vesperi, et decoct. simile, et vinum hispan.

8. Omnia eadem. Iussi cremore lactis inungi.

9. Pulchre secedunt crustae a facie, aluum non deposuit binis diebus. Dedi pulp. cassiae dr. vj.

10. Decidunt variolae, somnus bonus, appetitus auctus, aluum semel deposuit. Dedi cardiacum.

12. Optime se habet.

15. Omnia bona, conualuit. Vidi cremorem lactis melius laxare crustas, quam ol. amygd.

### *Puerperium et gangraena vteri.*

Jun. 2. Annorum 23. ante annum post puerperium laborauit vlcere, vt credo, vteri, quod per vmbilicum se exoneravit, nunc ante septem dies infantem enixa incepit tertio post puerperium die dolorem sentire in ileo dextro validum, lochia restabant, febris valida erat, continua, tentauit fomentis ex lacte et sapone veneto,

mixt. cum absorbentibus, emulsis pacare malum, sed frustra, die 31. clyfina iniectum post crassas feces incredibilem copiam olidissimae materiae eduxit cum paucō leuamine, heri abdomen incepit tumere, pulsus celerrius erat, respiratio bona, facies flammea, hac nocte somni turbulentissimi, extrema frigescere, dolor abesse omnis, pulsus peior omni momento fieri ceperunt, mortem praedixi, post delirium mortua est hac nocte.

### Variolae.

Iun. 3. Die lunae aegrotari incepit 14. annorum puer nempe 31 Maii, tunc vomuit die 1 Iunii, dixerunt ipsum febricitasse validissime cum calore aucto immaniter, die secunda consultus iussi V. S. sed retrahens brachium impediit hoc, delirauit heri fortissime, iussi clyfina, epispastica, de nocte pessime delirauit, hodie mane febris mitior. Dedi decoctum tamarind. gramin. cum nitro, syr. fennae.

4. Variolae prodeunt numerosae, tamen delirauit hac nocte, sed minus ferociter. Dedi similia, et clyfina iussi applicandum.

5. Delirauit pessime, palatum et fauces variolis obsessae, de lecto decidit pronus inscius. Dedi spirit. sulph. in potu quotidiano, et eadem medicamenta, et summa deriuantia, potum iussi tenuissimum.

6. Dormiuit melius, variolae prodeunt, sed tamen distinctae, non assumit medicamenta morosus, nec bibere multum voluit, iussi eadem, et vesperi diacodiatum.

Iun. 7. Suppurantur pulchre, distinctae, non delirat iam, magnam copiam potus assumpsit cum spiritu sulph. per camp. Dedi eadem, nox comoda.

8. Pergunt suppurari sine vlllo malo symptomate. Nox comoda. Dedi eadem.

9. Heri aluum deposuit, pedes dolent acerrime, pulsus febrilis, facies tumet, rubet, manus tumet, suppurantur fortiter. Dedi idem diacod. et mixt. antiphil. acidam.

10. Febris modica, doluerunt pedes hac nocte maxime a variolis confertissimis sub plantis pedum, iussi eadem.

11. Appetitus redit, in facie exsiccantur.

12. Omnia bona. Reliqui.

### *Abortus.*

Iun. 5. Annorum 23. tenerae fabricae per tres menses grauidâ incepit die 1. dolores lumborum pati, parum sanguinis stillare, post paucas horas immânis haemorrhagia vterina, ligatura extremorum, emulsis diacodiati cum tinct. cinnamomi compescere tentâui, die 2. foetum paruulum excussit, cuius extrema nondum erant extricata, dein magnum grumum, et incepit cessare vteri haemorrhagia, tota vero exsanguis et pallida incepit die 3. febricitare cum dolore lumborum, febre continua hucusque, hodie aluum olidam nigerrimam deposuit, dolent lumbi, et dum pedes leuat, dolor a lumbis ad abdomen descendit. Dedi diamor. Nicolai, tinct. cinnamomi, syr. diacod. cum spirit. nitr. dulc.

Iun. 6. Febricula leuior, semel vomuit, abhorret a medicamentis. Dedi pulu. absorbentes.

7. Febris vix vlla, dormiuit bene, caput titubat, dum erecta sedere conatur. Dedi lapid. haematit. cinnamomum, theriacam, omni trihorio dr.  $\beta$ .

### *Variolae confluentes.*

Iun. 5. Pleni habitus puer ophthalmia saepe laborauerat, nunc ante paucos dies incepit pustulis circa palpebras vlcerosis tenuem acrem liquorem fundentibus laborare, ideo dederam purgans forte heri, caeterum alacris bene se habebat adhuc heri vesperi, hac nocte forte incepit laborare, inueni febrim satis acrem, iussi summa deriuantia, et mixt. ex spirit. sulph. per camp. cum nitro, et rob samb. caput dolebat, hebes iacebat.

6. Hac nocte melius dormiuit, febris mitior, in manibus hinc inde stigmata vidi, iussi summa deriuantia, et clyfma ex oxym. simpl. spirit. sulph. in potu, et eadem medicamenta: non assumfit.

Heri vesperi eodem se habet modo, nisi quod febris parum auctior, nulla assumfit medicamenta, nisi solum spiritum sulph. per camp. in potu communi, iussi epispastica, balnea, clyfma.

7. Febris adhuc satis valida, nox inquietissima, prodeunt in facie variolae paruae et manibus, iactatio, anxietas, nulla assumfit medicamenta. Dedi eadem deriuantia, et sulph. spirit. in potu communi.

8. Nox inquieta, febris satis fortis adhuc, mitior tamen, quam heri. Dedi syr. succ. citri, rub. idaei, nitrum,

nitrum, aq. melissae, epispastica, vt ante, pedes dolent, plantae pedum plurimis obsidentur variolis, tamen et in facie satis confertae, et confluentes.

Iun. 9. Febris, facies inflammata fortiter, melius se habet, parum, aluus stricta, iussi clysmata applicari.

Vt mane, oculi incipiunt claudi, iussi infus. flor. samb. cum sem. cydon. applicandum oculis. Dedi diacod.

10. Nox satis inquieta fuit, febris modica, variolae tument, rubent, perrexi in similibus.

11. Tument genae, et facies, rubent interstitia variolarum, saliuatio, vesica ampla ab epispast. dextrum pedem occupat, febris modica, nox satis quieta, clysmata iussi, potum tenuem, et diacod. vesperi.

12. Nox bona, saliuatio, pulsus et respiratio bona. Perrexi in iisdem. Clysmata iussi iniici.

Vesperi febris satis fortis, tamen se satis bene habet, respiratio bona, rubent interstitia, saliuatio satis valida, aluum non deposuit, bibit potum tenuem. Dedi emuls.

13. De nocte valde anxius fuit, iussi hinc nocte iterum clysmata iniici, inde melius se habet, interstitia rubent, febris satis fortis adhuc, mens constat, perrexi in iisdem. Dedi autem diacod. hora tertia.

Febris fortis, saliuatio cessat, interstitia rubent, anxietas. Dedi inf. dr. vj. fol. sennae, et dr. j. agarici cum syr. sennae forma clysmatis, et II. noctis diacod. faciem crusta sicca rubra tegit.

14. Semel aluum deposuit, anxietas magna, interstitia pallent. Dedi clysmata tale, sed fortius cum dr. vj. fol. sennae, et hora III. diacod.

Quater aluum deposuit cum leuamine, vix quid liquidi assumit. Dedi hora vndecima nocturna diacod. interstitia plus rubent, perit mane hora quarta placide,

*Pleuritis.*

Iun. 16. Annorum 29. ante 3. septimanas partum enixa felicissime, die 14. subito terrore percussa, antea pleuritide aliquoties laborauerat, sensit paulo post dolorem acutissimum sub dextra scapula, respirationem impediendam, die 14. vocatus inueni faciem tensam, rubram, febrim validam cum pulsu satis pleno, iussi V. S. ad unc. vij. et dedi summa antiphlogistica, heri febris mitior erat, leuamen habebat a V. S. sanguis non erat phlogisticus. Dedi similia, hodie mane inueni febrim minorem, dolorem sub scapula euanidum, hac nocte delirauerat, oculi quasi prominuli, moti saepe, nescio quid mali praesagebant, anxietas circa praecordia, iactatio, fitis magna, vomuit, aluum foetidam bis deposuit, vrina nubeculam habet, lingua pallida. Dedi emulsum gratissimum cum diacodio.

Vesperī vrina subsedit lateritia, pulsus febrilis, non dormiuit, dum dormitat, delirat, iam mente constat, lingua sicca, fusca, dolet in vtroque hypochondrio dolore ad motum corporis aucto, et duritiem ibi sentit, sed respiratio melior, lochia fluunt adhuc. Dedi mixt. ex nitro, lap. cancr. syr. flor. rhoead. alth. aq. rhoead.

17. Vrina crassa, stranguriosa, turbida, rubra, hac nocte modice se habuerat, sed mane circa horam tertiam incepit esse summopere auxia, et dolor ille circa hypochon-



pochondria euauit, oculis apertis iacuit aphona, mentis tamen compos, binis vel tribus flatibus sursum emissis reuixit quasi, omnis dolor euauit, genae liuidae, foridae in facie sudoris guttulae, pulsus conflat sed celer admodum, respiratio bona. Dedi decoct. rad. gramin. bard. etc. cum 3 fantalis, et melle, lochia plus fluunt. Vespèri melius se habebat. Dedi eadem.

Iun. 18. Nox commoda, sudauit tota nocte, dolet nullo, pulsus febrilis, respiratio commoda, lingua fusca crassa crusta obsita, vrina vt ante. Dedi mixt. ex rob. ribes. samb. sale poylehr. aq. melissae.

19. Lac euauit ex mammis, sudauit fortiter, vrina crassa, subsidentia lateritia, caeruleo colore vitrum in summitate inficiens, pulsus, et respiratio bona, lingua vt heri. Dedi similia.

20. Vrina eadem, aluum non deposuit, febris et dolor absunt. Dedi eadem.

22. In omnibus bene se habet, reliqui.

*Variolae discretæ numerosissimæ.*

Iunii 17. Annorum 23 laxae temperiei abortum ante aliquot septimanas passa, aeri frigido se exposuerat per rimam intranti, menses fluebant, qui tunc cessauerunt, heri incepit post dolorem capitis ipsi satis familiarem in lumbis circa os sacrum sentire dolorem satis validum, ad motum corporis immaniter auctum, per interualla minutum, mox auctum, febris nulla. Dedi decoct. bard. cum 3 fantalis.

Iun. 18. Dolor fuit hac nocte validus, febricula. Dedi emollientissimum cum nitro decoctum, et fomentum simile.

Vesperi dolor minor lumborum, febris tamen satis intensa. Dedi emulsum.

19. Dormiuit parum, febricitat tamen satis valide, caput minus dolet, hinc inde credo variolas prodire, respiratio bona, fauces dolent parum, iussi balnea pedum, et dedi mixt. ex nitro, antim. rob samb, ribes. syr. violar. aq. flor. samb. tiliae.

Vesperi prodeunt discretæ, febris durat, fauces parum dolent, inquietudo, iactatio, dolor capitis magnus adhuc, minor in lumbis. Dedi similia cum spiritu sulph. per camp. epispast.

20. Vomituritio, febris nondum cessat, variolæ modicæ hætenus prodeunt, vertigo leuis, dolor lumborum maior, vrinam non vidi, iussi clyfma, et dedi decoct. tamarind. cum rad. gram. bard. scorzon.

Vesperi pustulæ numerosæ, dolor capitis minor, sed in dorso magnus, clyfma feces eduxit cum leuamine, postea bis aluum deposuit, febris adhuc. Dedi emulsum cum diacod.

21. Nox modica, numerosæ prodierunt, brachia valde dolent, et manus, tamen melius se habet, febris minor. Dedi mixt. ex spirit. sulph. rob ribes, syr. flor. violar. rubi idæi, succ. citri, nitro, aq. samb.

Aluum non deposuit, nec multum vrinae, riguit per horam, pustulæ minutæ, copiosæ, distinctæ tamen, rubent omniâ, pulsus vix febrilis, sed debilis, dum oculos

los claudit, mira videt phantasmata, sed simulac euigilat, non: dedi emuls. cum nitro.

Jun. 22. Menses fluunt parum, febris nulla, respiratio bona, nox quieta, sed infomnis, lingua fusca, rubent omnia, pustulae paruae, vrina crassam nubem habet. Dedi gratum auenaceum emulsu. Hora V diacod.

Vesperi modice se habebat, incipit parum tumere facies, respiratio bona, febris nulla.

23. Nox modica, pulsus et respiratio bona, lingua humida, aluum semel deposuit. Dedi decoct. auenae, rad. gram. cum syr. citri, rob ribes. aq. cort. citri, et hora III. diacod.

Vesperi facies tumet, rubent interstitia variolarum pulcherrime, functiones vitales optimae, leuis febricula.

24. Menstrua adhuc fluunt, nox modica, febricula, interstitia rubent, facies non plus tumet, immo fere parum detumuit, lingua humida, respiratio bona, anxietas nulla, iussi clysmā. Dedi idein diacod. et decoct. simile, ac heri.

Vesperi modice se habet.

25. Pulsus et respiratio bona, lingua humida, suppurantur bene in facie cum interstitiis ruberrimis, oculi aperti manserunt, facies non multum tumet, febricula modica, nox modica. Dedi nitrum, spirit. sulph. rob ribes. samb. syr. rub. idaei.

Vesperi febris maior, aliqua siccitas in faucibus, vires vitales bonae. Dedi similia.

26. Omnia suppurantur validissime, siccantur parum in facie, interstitia rubent, lingua humida, febris, respi.

respiratio bona, aluum non deposuit, iussi clystma, balnea pedum, ius carnium, et decoctum sarsaparillae, chinae cum succo citr. etc. et diacod. hora III.

Vesperis febris satis adhuc intensa, respiratio bona, incipiunt exsiccari in facie, a clysmate summum habuit leuamen.

Iun. 27. Nox satis fuisset commoda, nisi ingentem calorem, et dolorem in facie sensisset, crustae in facie rumpuntur, et secedunt a se inuicem contractae, interstitia rubent, febris satis magna, respiratio tamen libera. Dedi ilico diacod. et idem decoct.

Hora III. Dedi idem diacodiatum, melius se in facie habebat, febris parum mitior, perrexi in similibus, balneis, fomentis etc. potu copiosissimo tenuis liquidi. Vesperis hora octaua melius parum se habet, tamen febris erat intensa.

28. Nocte non dormiuit, heri hora nona horripilauit, et mane hora tertia, in facie secedunt crustae quam optime diurna fomentatione emollitae, febris intensa, respiratio bona, non multum potauit, iussi clystma, et dedi antisepticum remedium.

Vesperis febris intensa satis, dormiuit bene, in facie deciduis crustis quibusdam nouae sed tenuiores nascuntur, clystma feces copiosas eduxit. Dedi diacod. leuius hora 12 sumendum.

29. Nox satis commoda, febris adhuc intensa, exsiccantur crustae, lingua humida. Dedi omnia similia.

Vesperis magis delassata iacet, sed tranquilla, febris, sed respiratio bona, lac ebutyratum magna copia comedit;

dit, satis bene bibit, crustae in facie fissae. Dedi similia, et hora 12 diacodiatum.

Iun. 30. Nox satis commoda, squamae recedunt a facie tetro conspectu, febris minor, vrina nubem crassam habet, aluum non deposuit, respiratio libera. Dedi idem decoctum, et diacod. hora III. et iussi lintea omnia renouari, aluum semel deposuit, foetor horrendus, febris satis valida, respiratio libera, surditas, sed paulo post euanida. Dedi mixt. ex aceto prophylact. spirit. vitae, succo citri, etc. et vinum rhenanum cum succo citri.

Iulii 1. Nox incommoda, febris minor, a facie pulchre secedunt, respiratio bona, foetor minor. Dedi similia, aluum heri vesperi deposuit.

Circa meridiem orta magna anxietas, dolor lateris, quinquies aluum deposuit olidissimam, foetor auctus. Dedi mixt. ex spiritu salis marini, vt compecerem putredinem, circa hypochondrium dextrum doluit.

Vesperi parum melius se habet.

2. Ter aluum olidissimam deposuit hac nocte, foetor minor, actiones vitales bonae, nox modica, lingua minus fordida, et humidior, sitis modica, appetitus minor, dum dormit, leuiter delirat. Dedi mixt. ex spiritu salis marini dulc. vnc.  $\beta$ . cum rob samb. diamor. superbibendo gratum emulsum; adsunt borborygmi, et ructus, hora III. diacod.

Vesperi 5 aluum deposuit, febris adhuc intensa, lingua nitidior, appetitus ad solum lac ebutyratum, facies humidior, foetor minor, leuius diacod. hora 12 nocturna

na dedi. Conqueritur acres fluxiones oculum sinistrum irritare.

Iul. 3. Pulsus celer, febrilis, lingua tamen humida et nitida, manus pessime desquamantur, semel aluum deposuit, respiratio bona. Dedi similem misturam superbibendo magnum decoctum, et hora tertia diacodiatum.

Vesp̄eri febris intensa satis, appetitus minor, lingua ficior, in oculo sinistro opaca apparet macula, applicui oxycratum, et dedi eadem, sexies aluumOLIDAM valde deposuit.

4. Nox inquieta, octies aluum deposuit flauamOLIDAM, febris intensa, foetor adhuc, secedunt horrendis et profundis sulcis squamae, oculus sinister opacus. Dedi spirit. sulph. per camp. gr. xxx. cum rob ribes. samb. etc. quater aluum deposuit. Dedi hora III diacod.

Vesp̄eri: vrina valde foetida, respiratio breuior, pulsus celer febrilis. Dedi hora II. diacod.

5. Delirauit hac nocte, febris valida, respiratio breuior, crustae vix adhuc secedunt, sitis. Dedi gratum emulsum, et hora III. diacod.

Vesp̄eri omnia fere eadem.

6. Nox inquieta cum delirio multo, pulsus celerior, et debilior, respiratio breuior, aluum saepe deposuit, lingua modice humida, oculus sinister periit credo penitus opacus, omnia peiora, foetor vt ante, crustae nondum secedunt a manibus. Dedi cardiacum medicamentum.

Periit hora sexta vesp̄ertina circiter.

*Puerperium.*

Jun. 28. Annorum 29. iam aliquot ante liberos sanos pepererat, nunc die 25. filium peperit, et satis bene se habuerat, dato diacodiato, et absorbentibus, nisi quod caput sudauerit valde, et doluerit cum sensu frigoris, heri incepit vesperi febricitare, ex se pusillanimitas est, nox incommoda, dolet caput valide, lac non multum in mammas deriuatur, lochia adhuc fluunt, hodie mane febris valida, sitis inuisibilis, dolor capitis, aluus per sex dies stricta, inuitae iussi clystima iniiciendum ex sale gemmae, melle, mercur. aq. foenicul. ol. lini, inde ter aluum, et satis liquidam cum torminibus deposuit, cum anxietate, etc. Dedi emuls. cum diacod. oxycratum fronti, epispastica pedibus.

Vesperi febris erat minor, dolor abdominis ad sternum vsque ascendens, et humeros afficiens, applicui aegra petente empl. mucag. et melilot abdomini, et dedi summa absorbentia cum opio.

29. Non dormiuit, ius carniuum assumsit saepe, bis aluum deposuit liquidam, dolores euauerunt, lochia redeunt, nondum lac est in mammis. Dedi gratum emulsum cum diacodio, et tinct. cinnamomi, et pulu. absorbentes cum opio, et catechu, febris minor.

Hora secunda aluum bis deposuit flauam, febriculae perrexi in similibus.

30. Febricula sed satis leuis, aluum semel deposuit duram, figuratam, mammae tument, debilem se sentit.

Dedi mixt. ex ol. cinnamomi, etc. cum absorbentibus, superbibendo emulsum gratissimum diacodiatum.

Vesperī ter aluum deposuerat, febricitat, fatis bene se habet, mammae tument, lochia, dum fugit, fluunt. Dedi epispastica, et leue diacodiatum.

Iul. 1. Nox modica, sed stuporem senserat a diacodiatō, febris modica, mammae tument, lochia fluunt, appetit modice. Dedi similem mixt. ac heri.

Vesperī quater aluum deposuit, fauces parum dolent, febris mitior. Dedi emulsum, et puluerem ex catechu, lapid. cancr. corall. laud. pur. gr. ij.

2. Nox molesta, iactatio, aluum quater deposuit, Cl. Boerh. iudicauit, haerere in visceribus aliquid retentum ob foetus pressionem in viscera, quod leni purgante exturbandum est. Dedit tunc ℞. lap. cancr. dr. β. scammon. gr. vj. rhei gr. x. sach. gr. v. stib. diaph. gr. x. et sex horis post emulsum cum diacodio.

Purgata saepius flauam et albam materiem, febris ferē nulla, semel vomuit, summum habuit leuamen. Dedi lene emuls. sed sine diacod.

3. Tinnitus aurium, nox quieta, febricula, appetitus modicus, fauces humidae, Cl. Boerh. dedit aq. cort. citr. melissae, ana vnc. vij. lap. cancr. dr. ij. syr. diacod. dr. vj. tinct. succin. dr. j. spirit. melissae vnc. β.

Vesperī decies aluum deposuerat, pulsus, et respiratio bona, Cl. Boerh. consuluit aq. melissae vnc. ij. citr. vnc. iv. diaf. Sylu. dr. j. spirit. sulph. gt. xij. syr. violar. vnc. β. pro potu decoct. oryzae cum vino rhe-

nano,



nano, succo citri, pro cibo similia ex oryza, et iure carniū, et poma Chinensia.

Iul. 4. Nox non ita commoda, non dormiuit, non deposuit aluum, borborygini, flatus, pusillanimis, pulsus, respiratio bona, semel vomuit, vrinam clam demisit hac nocte, caeterum bene se habet, perrexit Cl. Boerh. in iisdem.

Vesperī se melius habebat, semel deposuerat aluum. Dedi eadem.

5. Sitit, non dormiuit, pulsus debilior, sed aequalis, respiratio bona, lingua humida. Cl. Boerh. iussit pergendum in iisdem, aluum bis deposuit.

6. Vrīna foetida, sitis, aluum semel deposuit magis fuscā, minus tenuem, pulsus aequalis debilior, sitis, iussit eadem Cl. Boerh. non dormiuit.

Vesperī bene se habet, non dormiuit. Dedi emulsum diacodiatum.

7. Nocte dormiuit, sitis, pulsus aequalis debilis, lingua humida, febris nulla. Cl. Boerh. dedit mixt. ex aq. still. menth. ℞̄ β. spirit. menth. vnc. β. spirit. nitr. dulc. dr. ij. syr. menth. ℞̄ β. tinct. cinnamomi dr. ij. omni bihorio vnc. β.

8. Nocte non dormiuit, tamē melius se habet, appetitus melior. Dedi eadem.

9. Non dormiuit, appetitus melior, actiones vitales bonae omnino, aluum figuratam deposuit, Cl. Boerh. nihil consuluit.

Iul. 10. Dormiuit, de pituita in faucibus queritur, interim melius se habet, pusillanimis foemina. Dedi mixt. ex oxym. tinct. myrrhae, etc.

11. Dormiuit melius, appetitus augetur. Dedi tinct. myrrhae cum aq. cort. citri.

12. Omnia satis bona. Dedi eadem.

13. Omnia satis bona. Dedi eadem.

14. Omnia bona. Dedi similia, non dormiuit.

15. Non dormiuit. Dedi diacodium, vesperi sumendum.

16. Non assumpsit, tamen bene dormiuit. Dedi nihil.

19. Lochia fluunt satis acriter, dederam pil. ex myrrha, galbano, olibano, etc. antea tormina in abdomine senserat.

21. Heri satis valide fluxerant menses, bene se habet. Conualuit perfectissime.

### *Angina.*

Iul. 2. Annorum 63. heri incepit laborare angina obesa satis, et adhuc plethorica mulier, V. S. nil in faucibus apparebat, sed vox erat rauca, dolebat circa cricoideam cartilagineam. Dedi purgans antiphlogisticum, cataplasma auenaceum applicui faucibus.

3. Sanguis non adeo phlogisticus, leuamen V. S. habuit, saepius purgata. Dedi decoctum auenae, rad. gramin. etc.

4. Febris longe mitior, de anxietate circa praecordia conqueritur, et in lecto continuo erecta sedet, vox rauca. Dedi eadem, Urina tenuis.

Iul. 5. Apyrexia cum pulsu bono, vrina tenuis, vox melior, lingua, et fauces humidae, dolorem quasi ab ex-coriatione in pectore sentit. Dedi mollissima ex syr. alth. et succo semperuiui, etc.

Vuulae pars inferior apparet gangraenosa nigricans, dolorem acrem in sinistro pectore sentit, febris maior, lingua humida, fomentum lateri applicui ex aq. lacte, et sapone, et dedi rob samb. cum syr. alth. nitro, aq. samb.

6. Hora 12, nocturna se pessime habuit, sic vt morituram crederent, nunc febris modica, pulsus satis bonus, dolor lateris dextri minor, vuula vt heri. Dedi aperiens decoctum nitrosum.

Pulsus interruptus vacillat, iacet *ἀνάσθηνος*, vrina tenuis, vuula vt ante, nullum sentit dolorem. Dedi emulsum, applicui epispastica.

7. Pulsus penitus vacillans, calent extrema, insensibilitas, et stupor, euigilans tamen intelligit, quae dicuntur, vuula vt ante, nox inquietissima, corpus graue. Dedi mixt. ex spiritu alexipharmaco, vitae Math. syr. rub. idaei, aq. ruthae, cort. citr. etc.

Vesperi pulsus aequae fere vacillat, plus sentit tamen. Dedi eadem, vuula alba est in parte inferiori.

8. Pulsus vacillans, tamen parum melior, mens constat, sensus meliores, vuula albicat, fauces humidae, dolor in latere sinistro, dum profunde inspirat. Dedi idem remedium, et pulueres ex lap. cancr. contraierva.

9. Heri quater aluum deposuit, melius se vesperi heri habebat, de nocte parum dormiuit, respiratio bona.

Pulsus turbatus adhuc, melior tamen, lingua humida, vuulae extremum albicat. Dedi mixt. ex rob. ribes. samb. spirit. salis dulcis, vitae Math. aq. melissae, vrina tenuis cum nubecula, vti et ante fuit.

Vesperis pulsus parum melior, alba vuula, et nitidior, lateri sinistro adhuc dolenti applicui emplastrum de labdano, sic petente aegra.

Iul. 10. Nox modica, pulsus vt ante, tamen parum melior, lingua humidior, vuula se melius habet, appetitus aliquis est, dolor lateris minor. Dedi similia ac heri.

11. Vrina tenuis cum nubecula, pulsus vt ante, sed melior parum, somni turbidi, lingua nitida, et vuula penitus pura, aliquid comedit, aluum semel deposuit, lateris dolor minuitur, caput parum dolet. Dedi emulsum.

12. Lingua, et vuula nitida, pulsus vt heri, dixit mihi, quod cordis palpitationibus obnoxia vixerit, dormiuit melius, vrina sanae similis. Dedi roborans medicamentum.

13. Pulsus bonus iam, respiratio bona, omnia iam melius tendunt. Dedi idem.

14. Somnus bonus, actiones vitales bonae, vrina sana, tamen parum languit. Dedi sp. antiscorb. cum aq. cort. citri, etc.

15. Omnia meliora, reliqui

Aug. 1. Bene se habuerat hucusque, sed incepit facultas mouendi musculos imminui, reliquis cerebri functionibus manentibus integris, vti et vitalibus, et naturalibus functionibus, iussi frictiones, et dedi pil. gummosas cum mixt. antiscorb.

Aug. 12. Hemiplectica in latere dextro, de nocte magnas anxietates sensit, heri incepit febricitare, et nunc febricitat, latus affectum calet, sentit. Dedi decoct. 5 rad. cum. sale polychrest. serp. thymo, roremar. syr. 5 rad.

13. Febris minor, non dormiuit, appetitus minuitur. Dedi dr.  $\beta$ . pil. coch. et nuchae applicui validum vesicatorium.

14. Aluum commode deposuit, hemiplegia vt antè. Dedi mixt. ex sp. falis amm. aq. ruthae, etc.

16. Omnia fere eadem. Dedi purgans cras fumentum, et postea pergendum in reliquis.

19. Omnia eadem. Dedi purgans, et vesicatorium.

22. Post purgans sensit quasi motum per totam spinam dorsi, et ilico melius potuit corpus suslinere, nigram olidissimam deposuit materiem, iussi repetendum cras purgans.

25. Ingentem copiam deposuit per aluum cum simili per spinam motu, iam erecta sedere potest, antea labens. Dedi mixt. ex spirit. falis amm. tinct. succin. aq. rorifmar. etc.

30. Bene purgata fuit, non dormit bene, die 25 tremuit valide crus affectum. Dedi cras purgans, et vesicatorium, et postea eadem medicamenta.

Sept. 3. Mouet crus et parum eleuat, empl. galban. applicui nuchae cum euphorbio, et iussi post 3 purgans, et dein eadem medicamenta.

Oct. 4. Pulsus debilior post purgans 1 Oct. assumptum, quod valide egerat, facies distracta fuit, memoria

ria vacillat; motus in manu minor. Dedi mixt. ex sale vol. oleos, tinct succin. aq. rutae, etc.

Dec. 14. Ante duos dies in profundum somnum incidit, et nunc placide dormit, non stertens vt apoplectici, tamen sine vilo sensu, vel motu, et sic post biduum placide perit.

*Synochus putrida.*

Iulii 15. Annorum 16 iam per 5 dies laborauerat, vt dicunt, die 13 purgans sumserat, inueni febricitantem satis acriter cum pulsu non ita pleno, calentem ad 98 gradus, dolebat caput valide, lingua sicca, hinc inde delirium leue, iussi V. S. ad vnc. viij. oxycratum capiti applicui, balnea pedum, epispastica, et decoctum tamarind. cum nitro, etc.

16. Sanguis paucum habebat serum, insula subsidebat, vrina foetida satis colorata, delirium, vinum deederant me infcio, lingua sicca, fusca, febris vt heri cum pulsu non ita pleno. Dedi eadem.

Vesperis: vrina tenuis, febris cum pulsu celeri non pleno, lingua sicca, aspera, nigricans, delirat, tamen mihi roganti bene respondet. Dedi emuls. auenaceum cum nitro et syr. viol.

17. Parum dormiuit, febris vt heri, lingua vt heri, bis aluum parca copia, sed olidissimam deposuit, delirauit, mihi satis bene respondet. Dedi vnc. iij. syr. cich. cum rheo, sal. polych. dr. ij. cum spirit. sulph. ad gr. xij. et aq. tiliae superbibendo simile emulsam.

Tota die ἀναίσθητος iacuit fere, nec dederant medicamenta, aluumOLIDAM semel deposuerat. Dedi eadem.

Iul. 18. Febris vt ante, clam demisit vrinamOLIDAM, et fecesOLIDISSIMAS, lingua sicca, fere aphona iacet, non sitit, hinc mens laborat. Dedi rob ribes. samb. nitrum cum aq. alexipharmaca.

Vespero omnia peiora, nihil fere assumpsit potus vel medicamenti.

19. Nox incommoda, corpus rigidum, conuulsiones, aluum et vrinam in scia demisit, non potest bibere, pulsus debilis celerrimus, extrema tamen calent, epithema cordiae applicui ex mica panis, ruta, etc.

Periit vesperi hora sexta.

### *Cephalalgia inflammatoria.*

Iulii 28. Puella 20 annorum pallida satis heri capite doluit subito, dolore vesperi tam immaniter aucto, vt eiularet, tota nocte duravit, hodie mane inueni intense febricitantem, sitis valida, vrina pallida cum sedimento albo diuisoOLIDISSIMA, parum melius se habebat vt dicit, dolore parum minuto, delirauit parum V. S. balnea pedum, mixt. ex rob samb. ribes. spirit. nitr. dulc. etc. dedi.

29. Sanguis serum copiosum habebat, insula supernatabat non phlogistica, vrina sanae similis, dormiuit bene, pulsus bonus, sed febrilis, et fortior, lingua nitida humida. Dedi eadem.

Iul. 30. Vrina foetida vt die 28. sed credo factum esse, dum matulae immundae concretum calculum ad latera habente immixxit, nam febris pauca erat, dolor capitis minor, bene dormiuit, sitis minor. Dedi spirit. nitr. dulcem cum diamor. rob ribes.

31. Vrina sanae similis, dum purae immixxit matulae, febris nulla, lingua nitida. Dedi similia

Aug. 3. Satis bene se habet, reliqui.

### *Icterus.*

Aug. 23. Annorum 24 vegeta puella ante octo dies incepit menses tunc habens dolores in abdomine sentire, postea anxietatem, et quasi pondus premens impediens respirationem, incepit dein pruritus per totum corpus sentire, nauseare, dolores lumborum, et vagos in abdomine pati, brachia variis pustulis attolli, caput dolere, vrina icteritia fieri, et adnata oculi flauescere. Dedi mixt. ex dr. iv. sal. polychr. tart. vitriol. dr. j. fyr. cich. c. rheo ℥ij. aq. fumar. vnc. vij. superbibendo largum decoctum ex 5 rad. aper. cichor. taraxac. ad ℥. j. etc.

24. Aluum olidissimam griseam fumino cum leuamine deposuit, vrina subsedit. Dedi eadem.

25. Vrina crassa, turbida, flauescens, stranguriosa, pauca, oculi flauescunt, aluum non deposuit, dum respirat, sentit, ac si aliquid moueretur inter praecordia, et lumbos, suspirat saepe. Dedi decoct. aperiens cum vnc. β. salis polychr. fyr. cichor. cum rheo, etc.

26. Appetitus nullus, oculi minus flauescunt, tamen circa praecordia adhuc aliquod sentit obstaculum, aluum  
semel



semel parca deposuit copia, febris nulla, appetitus melior. Dedi syr. cich. cum rheo vnc. ij. salis polychr. dr. iv. tart. vitriol. dr. j. aq. fumar. ℞j.

Aug. 27. Urina stranguriosa, grauis auditus, icterus minuitur, febris nulla, appetitus aliquis, anxietas minor, bis leuiter aluum deposuit liquidam. Dedi pill. ex sapone veneto, et rheo, superbibendo decoct. 5 rad. cum taraxaci magna copia, sale polychr. tart. vitriol.

30. Oculi parum ictericii, urina adhuc stranguriosa, appetitus bonus, nulla anxietas, grauis auditus, iussi eadem pillulas diu vsurpandas superbibendo infus. sassaf. cum melle.

### *Pleuritis.*

Aug. 28. Annorum 45. pleni habitus heri adhuc fanus cubitum iuit, et sine manifesta causa praegressa incepit circa costas spurias lateris sinistri dolorem immanem sentire ad mammam vsque ascendentem, dolor tolerabilis est, dum quietus iacet; simulac profunde inspirat, immani torquetur dolore, sic vt eiulet, et perfectum se quaquauersum iactet, pulsus paruus vix febrilis, ad motum corporis aliquando augetur dolor. V. S. iussi ad vnc. ix. fomentum ex aq. lacte, et sapone, et emoll. ex semine lini, verbasco, etc. cum nitro decoctum sumendum esse.

Leuamen a V. S. post horam recrudescit dolor, circa meridiem dolor immaniter auctus, sanguis copiam satis magnam feri habet, tamen et crustam phlogisticam, V. S. ad vnc. vij. et perrexi in iisdem,

Vesperis

Vesperis sanguis vltimo emissus adhuc crustam phlogisticam habet, sed ingenti copia feri diluitur, dolor minutus, perrexi in iisdem.

Aug. 29. Aluum non deposuit, pulsus non multum febrilis, dum corpus mouet, dolor vrget immaniter, vti et in profunda inspiratione; dum quiescit, dolor modicus est, lingua alba, sordida, crassa, vrina flammea, Dedi mixt. ex vnc.  $\beta$ . nitri, fyr. alth. Fernel. vnc. iij aq. flor. rhoead.  $\mathcal{C}$ .  $\beta$ . omni dimidia hora vnc.  $\beta$ . superbibendo vnc. ij. decocti magni, ex emoll. et rad. foenicul.

Vesperis caput non dolet, oculi forte parum flauescunt, dubito enim, an lumen dubium non sefellerit? dolor fere vt ante, sed iam versus humerum tendit, non potest se mouere, quin dolor augeatur immaniter, lingua vt ante, pulsus debilis, facies quasi parum cadauerosa cum guttulis sudoris, extrema calida, vrina flammea cum crassa nube versus fundum, dicit hodie mane stertorem in pectore fuisse. Dedi linctum ex ol. amygd. dulc. vitello oui, fyr. papau. superbibendo decoctum largum ex emoll. cum sem. foenic. et nitro.

30. De nocte dolor minor, pulsus melior, nunc minus dolet, vrina eadem, pergendum iussi in iisdem.

Sic et vesperi.

31. Nox modica fuit, thrombi concreti sanguinis de naribus exeunt, febris modica, dolor nondum abiit, parum humidior, vrina minus flammea cum nubecula, sputa quaedam sed non cocta. Dedi decoct. 5 rad. cum nitro, et glycyrrh.

Vesperis:

Vesperis: sputa pauca, cruda, pulsus melior, dum profunde respirat, dolet, caput parum dolet; dum dormit, molesta quaedam videt, caeteroquin melius se sentit. Dedi nitrum cum syr. alth. flor. rhoead. aq. samb.

Sept. 1. Oculi adhuc flui, nox molesta fuit, somnus laborem fecit, riguit, dolor minor, actiones vitales meliores, febricula, vrina flammea cruda. Dedi decoct. auenae, scorzon. 5 rad. cum sale polychr. Tussis valida fuit tota die, sputa cruda tenacia, copiosa, pulsus utcumque turbatus, respiratio modica, modo non tussiat, vrina ut ante, lingua humidior, ingentem foetorem mephiticum sensit subito dum tussiebat, sic ut fere suffocaretur, decubitus in latus affectum et in dorso molestus, aluum deposuit semel. Dedi sperim. ceti dr. iij. cum vitello oui, et syr. alth.

2. Vrina crassa, subsidebit credo, dum tussit foetor similis, apyrexia, lingua humidior, nox insoennis ob tussim, tamen a tussi sensit evanescere dolorem lateris, sputa, ut ante. Dedi oxym. simpl. vnc. iij. cum syr. alth.

3. Dolor evanuit in latere, tussis sicca tota nocte molestissima, et tunc aliquando foetor similis, aliquando non, simul quasi calorem rancidum in gutture sentit, lingua adhuc fordida, aluum bis deposuit, vrina subsedit, febris nulla, appetitus melior. Dedi similem linctum, ut ante, et decoctum alth. maluae cum sem. foenicul. syr. alth.

4. Tota die non tussit, sed hac nocte, sputa tenacia flava eduxit cum tussi, foetor aliquando, sed minor,  
febris

febris modica, dolor aliquis in pectore, sudauit fortiter mane, vrina crassa subsedit carneo sedimento, lingua minus sordida. Dedi idem medicamentum.

Sept. 5. Foetor ille post ructus oritur, totum pectus dolet, tussis molesta fuit cum sputis crudis tenacibus, pulsus bonus, parum febrilis, mane parum dormiuit, caeterum de nocte moleste se habuit, vrina crassa subsedit non penitus, lingua flauescens sicca, aluum semel deposuit. Dedi pulp. tamarind. cum crem. tart. superbibendo decoct. aperiens.

6. Melius parum se habet, perrexi in iisdem.

7. Simul ac decumbit in latus sinistrum affectum, tunc ille foetor adest, tussit, sputa tenacia sunt, dum decumbit in latus sinistrum angitur, et tussit, vrina subsedit, bis aluum deposuit, pulsus satis bonus, lingua sordida. Dedi decoct. gram. cum rob ribes. samb. nitro, etc.

8. Nox cominoda fuit, foetor euauit, aluum deposuit heri, et hodie mane figuratam, dum decumbit in latus affectum, tussit, et anxius fit, vrina subsedit pallide carneo magis aequali sedimento, lingua parum nitidior, febris modica. Dedi idem medicamentum.

9. Heri vertiginosus fuit parum, et dum dormiebat, quasi delirium leue, vrina subsedit, dum erectus sedet, sentiebat grauitatem quasi in capite, foetor aliquis fuit, febricula leuis, tussis molesta fuit cum dolore in sinistro pectore. Dedi decoct. emoll. cum melle.

10. Vrina sana, bene se habet, febris nulla, sputa minori copia, pruritus per totum corpus, foetor vix aliquis

aliquis fuit heri, iam nullus, lingua nitidior, appetitus rediit, aluus respondet, fitis nulla, somnus bonus. Dedi inf. sem. anisi, foenicul. cum melle.

Sept. 11. Vrina sanæ similis, febris fere nulla, tussis minor, appetitus redit, benè dormit. Dedi tinct. myrrhae cum syr. 5 rad. aq. hyssopti.

13. Vrina sana, somnus bonus, appetitus augetur, et vires: febris nulla, dolor et foetor euauerunt. Dedi pillulas ex myrrha, olibano, terebinth. veneta, et reliqui.

### *Variolae confluentes.*

Aug. 29. Ante 7 septimanas puerum enixa 32 annorum mulier incepit die 27. menstrua pati sed parca, heri incepit grauitatem in lumbis circa os sacrum sentire, et dolorem quasi obtusum, hodie inueni sine multa febre. Dedi decoct. rad. gram. scorz. bardan. etc. et omni trihorio granum pulueris Carthusianorum.

30. Febris auctior, vomuit amara, flatus molesti, circa cardiacam anxietas, in lumbis dolor, vrina sanæ similis. Dedi simile decoctum, et pulueres vj. cum cinnab. natiu. gr. vj, sibi diaph. non ablut. dr. β. laud. gr. j. etc.

Bis aluum deposuit, febris maior, anxietas maior, caput dolet, iussi clysmata epispastica, et mixta cum spirit. sulph. per campanam, rob samb. etc.

31. Nox commodior fuit, variolæ prodeunt, febris minor, perrexi in balneis, epispasticis, et dedi similia.

Vesperī anxīa est, et satis febricitat, paucae prorumpunt, caput non multum dolet. Dedi emulsum diacodiatum.

Sept. 1. Odontalgia somnum impedit, febris satis valida, anxietas minor, paruae non adeo numerosae prodeunt variolae, multum bibit, fauces dolent, bis aluum deposuit, dolor lumborum fere euanuit.

Vesperī: aluum ter deposuit, febris modica. Dedi emulsum, vt heri.

2. Non dormiuit, febris vt heri, variolae paruae, planae, non adeo confertae, in faucibus variolis obsessis molestia, vrina sana, dolor dorsi euanuit omnino. Dedi decoct. hordei cum rob ribes. etc. vini rhenani vnc. ij. hora quarta diacodiatum.

Vesperī: se modice habebat post sumtum diacodium, non dormiuerat tamen, hinc iussi repetendum hora vndecima.

3. Nox molesta fuit, tument, rubent variolae, febris minor, pulsus debilior, planae, et paruae sunt variolae. Dedi emulsum auenaceum cum amygd. amaris dulcibus, et diacod. hora tertia, balnea, epispast.

Vesperī post assumtum diacodium delirauit parum, variolae tument, rubent, pulsus vt mane.

4. Delirauit dum dormit, caeteroquin mentis compos, febris modica, facies tumet, rubet, pustulae paruae planae, incipiunt suppurari, iussi clyisma, emulsum, et diacodiatum hora tertia.

Clyfina fummo cum leuamine fecum olidiffimarum magnam copiam eduxit, pustulae vt ante; febris vt ante, perrexi.

Sept. 5. Febris vt heri, respiratio bona, nox modica fuit, post diacodium leue delirium, lingua sordida, pustulae planae paruae, tumet, rubet facies, iussi potum tenuem, fomenta, balnea, decoctum auenae cum vino rhenano, diacodium: Saliuatio aliqua.

6. Nox satis commoda, facies tumet, rubet, et suppurantur, in manibus rubent, tument, multum potauit, febris validior, respiratio bona, parum vrinae demisit, iussi clyfina repetendum, et dedi simile decoctum, et hora tertia diacod.

Vespero febris maior, anxietas maior, clyfina feces non eduxit. Dedi eadem.

7. Vix deglutire potuit, lingua alba crassa crusta obducitur, omnia tument, rubent. Dedi decoct. chinae sarsaparill. scorzon. et hora octaua diacod. matutina, febris valida.

Vespero omnia eadem, medicamenta non assumsit, perrexi.

8. Nox incommoda fuit, febris valida, facies parum detumescit, omnia rubent, tument. Clyfina ex oxym. simpl. nitro, aq. samb. iussi, et diacod. ter de die.

Vespero quater aluum tenuem deposuit, febris valida, respiratio bona, deglutitio molesta, perrexi. Toto decursu morbi pauimento aqua resperfo aereni refrigeravi.

Sept. 9. Ter adhuc postea aluum deposuit, nox molesta, deglutitio molesta, parum minor febris, manustument, in facie circa nasum, et mentum incipiunt fuscae fieri, pituitam tenacissimam excreat. Dedi similia, et ius carniū cum succo citri, et ter de die vinum rhenanum.

Vesperi saliuæ excretio minuitur, febris maior, anxietas maior, rubent interstitia, et respiratio satis bona, lingua humida, credo anxiam esse ob nasum clausum, femel aluum deposuit. Dedi emulsum, et diacod. vt ante ter de die.

10. Saliuæ excretio maior, nox incommoda ob nares clausas, febris minor, aluum non deposuit. Dedi similia, et ius carniū cum succo citri.

Vesperi: modice se habuit tota die, circa vesperam parum angebatur, variolæ in facie circa nasum et genas exsiccatae crustam faciunt et foueas, vti videtur, satis profundas, perrexi, sed minui diacod. 5 guttas laud. liquid. auferendo.

11. Nox incommoda, febris tamen mitior, anxia est ob nares clausas, et molestiam in faucibus, saliuatio aliqua adhuc est. Dedi gargarisma ex emollientibus, et decoct. aper. cum vino, etc.

Vesperi satis bene se habebat.

12. Nox incommoda fuit, febris minor, aliquis stertor in summitate pectoris, an a crustis variolosis ibi haerentibus? febris minor, lingua humida, sed a latere, et in parte inferiori alba stigmata apparuerunt, respiratio magis impedita, hora quinta matutina clyisma inie-

cerant,



cerant, vt ante, deglutitio melior, variolae in manibus pallent.

Circa meridiem anxietas magna, fleitor in pectore, febris maior, liuent interstitia, periit hora sexta.

*Tertiana.*

Sept. 1. Annorum 22 puella die 30 Aug. febricitavit, sine vlla causa praegressa, boni habitus, nisi quod dolorem capitis antea fuerat passa, heri melius se habuit, hodie iterum febricitavit cum dolore capitis immmani, oxycratum fronti applicui, et dedi mixt. ex spirit. sulph. per camp. nitro, etc.

2. Dormiuit modice hac nocte, dolor capitis minor, terrores in somno, in sinistro capite quasi molendini sonum sentit, fere abest febris, lingua satis humida. Dedi purg. ex scammon. rhabarb. etc.

3. Bene purgata bilem vomuit, non dormiuit bene, nam tunc turbulenta somnia habet, hemicrania minor. Dedi rob ribes. syr. citri, aq. hord. aq. cort. citri, nitrum, etc.

4. Febris fuit adhuc satis intensa, nunc apyrexia perfecta. Dedi pulu. ex contraieru. serp. virg. stib. diaph. lap. cancr. laud pur. gr. j.

5. Bene se habet, febrim expectat. Dedi nihil.

6. Febris satis fortis fuit, nasus ulceratur, dormiuit modice. Dedi tinct. contraieru. rob ribes. sal. polychrest. etc.

8. Febrim longe minorem habuit. Dedi eadem.

10. Vltimus paroxysmus vix vllus fuit.

*Cholera.*

Sept. 7. Annorum 50. circa hoc anni tempus choleram saepe passus, bene sanus hēri vesperi aeri aprico ad vndecimam vsque se exposuit, media nocte euigilans cum summis torminibus et anxietatibus nigra saepe per aluum deposuit, olidissima, saepe vomuit amara. Dedi decoct. 5 rad. cum sale polychr. syr. cich. c. rheo vnc. ij.

Vesperi: adhuc saepe similia aluo deposuit, pulsus debilis febrilis, nihil comedit, sitit, lingua sordida. Dedi pro victu lac ebutyratum, et cardiacum acidulum.

8. Ructus, flatus, caput vertiginosum, vrinā flammea, apyrexia, lingua alba, sordida, in medio flaua, sapor amarus, et siccitas, appetitus deletus, dormiuit modice, sitis. Dedi decoct. rad. acetos. gramin. bardan. scorzon. cum sale polychresto, syr. rhei.

9. Vrina minus flammea, pulsus debilis non febrilis, vomuit copiose pituitosa viridia, aluum semel paucam deposuit, lingua minus sordida. Dedi rob ribesiorum, samb. fal. polychrest. aq. meliss. cinnam. spirit. nitr. dulc.

10. Saepe purgatus inde cum leuamine, lingua nitidior, febris nulla, vrina turbida subsidebit, in omnibus melius se habet. Dedi idem remedium.

11. Saepe aluum deposuit cum leuamine, omnes functiones redeunt, vrina perfectissime sana, iussi pergere per biduum, et reliqui.

*Notandum:* vrinam flammeam fuisse sordidis primis viis, his deterfis ilico sanam esse.

*Dysenteria.*

Sept. 8. Die 5. sana virgo 32 annorum comederat magno cum appetitu carnem bubulam coctam, mox sensit tensionem in abdomine, et repletionem quasi cum torminibus, die septima aluum saepissime cum dolore deposuit, partem carnis eiusdem condiuerant sale et aceto, sed post biduum penitus computruerat; cum pergeret dysenteria. Dedi rheum tostum cum stibio diaph. et post 6 horas mixt. ex diascord. Sylu. dr. ij. aq. menth. lap. cancr. etc.

9. Ingentem copiam olidae griseae materiae deposuit cum leuamine, sed hodie mane dixit se sanguinolenta deposuisse. Dedi mixt. ex spirit. sulph. tinct. cinnamomi syr. papau. alb. etc.

10. Semel deposuit aluum griseum foetidam, febris nulla, appetitus bonus, tormina fere nulla. Dedi lap. cancr. catechu, aq. foenicul. spirit. carmin. Sylu. reliqui.

*Notandum*: an illud septicum in carne fecit hanc dysenteriam? certe altera, tenerior, et hysterica valde de hac carne comederat, et non post biduum, sed ilico et anxietatem, et mox dysenteriam sensit.

*Hysterica passio.*

Sept. 11. Ancilla 25. annorum ante 8 dies valido terrore perculsa fuit, hodie mane adhuc se bene habuit, tempus mensium instat, subito incepit sentire dolorem in sinistro hypochondrio, angebatur statim, mox circa cardiacam oppressionem sensit, dein in faucibus, nec po-

terat clamare, dederant spirit. vini, vomuit inde ilico cum leuamine, tota die tremorem in membris senserat, per aliquot minuta omnium, quae agebantur, ignara haesit, nunc omnes sensus rediere. Dedi mixt. ex aq. rutae, tinct. succin. syr. papau. alb. dum menses instant, tumorem mollem nucis iuglandis instar in sinistro ceruicis latere habet, quem iam vidi, et ante aliquot annos per terrorem suppressis subito menstruis ortus est in ileo sinistro tumor, qui etiam circa tempus menstrui fluxus augetur.

Sept. 12. Bene se habuit. Dedi eadem.

13. Menses nondum fluunt, melius se habet. Dedi pillul. ex galban. sagapen. troch. de myrrha, castor. balsam. Peruu.

Octobr. 25. Pollex et index sinistrae manus subito inceperunt tremere cum dolore, qui mox inde euanesceus oculum, et totum dextrum latus capitis occupabat, post euandus. Dedi mixt. ex spirit. sal. amm. aq. rut. tinct. succin.

27. Omnia eadem fere. Dedi pill. ex troch. de myrrha, etc. superbibendo infusum rutae.

### *Variolae confluentes.*

Sept. 13. Annorum 8 puella die decima Sept. incepit aegrotare, et statim de immani dorsi dolore conqueri, qui vsque heri imprimis durauit, dolor capitis ingens est, pulsus fortis, delirium, oculi rubri flammei, V. S. ad vnc. vij. et dedi decoct. tamarind. cum nitro, antim. balnea, epispastica, variolas metuo confluentes.

Sept.

Sept. 14. Sanguis crassam phlogisticam habet, sed teneriorem, ac in adultis, parum feri, deliravit valide hac nocte cum stridore dentium, nunc febris intensa est adhuc, dolet caput, prodeunt variolae. Dedi idem medicamentum, et balnea, oxycratum fronti, et clyfma acre.

15. Clyfina feces copiosas eduxit, et postea adhuc semel aluum deposuit, deliravit hac nocte, febris modica, vrina sana, variolae confertae. Dedi mixt ex vnc. ij. syr. cichor. cum rheo, dr. ij. salis polychr. et emulsum.

16. Vrina sana, pessime deliravit hac nocte cum tremore, febris modica, variolae copiosissimae in toto corpore, planae cum foueolis, non dormiuit, semel aluum deposuit parca copia. Dedi decoct. tamarind. cum nitro et vesperi diacodium.

17. Saliuatio heri incepit, hodie aucta, dormit satis tranquille, aluum non deposuit, medicamenta non assumpsit, febris modica, suppurantur in facie, et tument cum interstitiis rubtis, minus deliravit. Dedi spiritum sulphuris in potu communi, et diacod. hora quinta.

18. Non deliravit, manus tument, saliuatio minor, febris satis valida, aluum semel deposuit tenacem, vermem per aluum excreuit, suppurantur valide, interstitia rubra. Dedi syr. rub. idaei, rob samb. nitrum, aq. flor. samb. et diacod. hora tertia, et vndecima matutina.

19. Mentis compos, respiratio bona, febris valida, nil assumit de medicamentis, interstitia rubent, perrexi.

20. Manus tument, rubent iinterstitia, facies vna pellicula alba obducta. Dedi eadem, nec vinum, nec di-

luentia fere vult assumere, et dedi syr. cicchor. c. rheo vnc. ij. falis polychr. gr. xx. aq. flor. tiliae vnc. iß.

Sept. 21. Non assumsit medicamentum, sed multum potauit liquidi, manus adhuc valide tument. Dedi eadem.

22. Anxietas magna, pallent in facie, respiratio sublimis, febris intensa, desperatam credidi, periit.

### *Variolae confluentes.*

Sept. 17. Annorum 36 pusillae structurae, fatis bonae temperiei, valido labore vitam agens, et aeris vicissitudines passus hesternae nocte subito dolorem capitis sensit, mane surgens horrores vagos per totum abdomen, artus, lumbos, heri vesperi riguit, caluit tota nocte, nunc dolor imprimis per lumbos, et abdomen vagatur, heri adhuc opera sua magna cum molestia peregit, deo deram decoctum ꝓ rad. heri, dolor parum minutus est, hodie mane parum febricitat, vrinam non vidi, quam dicit se plurimam emisisse. Dedi decoct. bardan. graminis cum rob samb. nitro.

18. Inquietudo, iactatio, dolor capitis, dolor per totum corpus sed minor, quinquies aluum deposuit nigram olidam, postea viridem, vrina rubra, febricula. Dedi decoct. acetosae, tamarind. cum sale polychr. syr. fenae, oculi flauescunt.

19. Dicit se vel 50. aluum deposuisse instar ol. lini olidissimam, vrina flaua turbida; credo variolas discretas prodire, adhuc in dorso, et abdomine dolet. Dedi nitrum, antim. syr. citri, rob samb. aq. flor. tiliae, spirit. sulph.

Apyrexia,

Apyrexia, bene prodeunt numerosae, fatis alacriter se habet, non dormiuit tamen, 4 aluum deposuit, fitis nulla. Dedi gratum emulsum cum diacodio.

Sept. 20. Nox fatis commoda, non dormiuit tamen, apyrexia, numerosae prodierunt; in faucibus molestia, vrina adhuc parum flammaea. Dedi decoct. rad. gramin. bard. rob ribesf.

21. Vrina sana, nox inquieta, non dormiuit, deglutitio molesta, apyrexia, facies plena variolis. Dedi decoct. aperiens auenaceum, et haustum diacod.

22. Vrinam copiosam emisit sanae similem, non dormiuit, deglutitio molesta, febris nulla, rubent variolae valde paruae, et planae. Dedi emulsum gratum cum nitro, et diacod. hora tertia, anxietatem magnam habuit, tota nocte.

Circa meridiem repetitis vicibus thrombos sanguineos ad matulae plenitudinem fere omnia simul computando, euomuit, febris nulla, respiratio bona, deglutitio parum melior, dederam hora tertia gr. j. opii, sed non dormiuit, vix rubent variolae. Dedi hora vndecima nocturna iterum gr. j. opii, et residuum emulsi.

23. Non multum dormiuit, apyrexia, respiratio optima, vrina sana, deglutitio melior, vomuit lac caseosum, non sanguinem; variolae parum plus tenduntur, rubent interstitia. Dedi idem emulsum, et diacod. hora tertia, heri semel aluum deposuit.

Circa tertiam parum sanguinis vomuit, sed atrae corruptae sanguinolentae materiae magnam copiam de-

posuit incredibiliter horrendi foetoris. Dedi infus. vini rubri cum catechu, et cinnamomo.

Vesperi se melius habebat parum, perrexi, et dedi gr. j. opii hora vndecima.

Sept. 24. Nox commoda, vrina sana, febricula parva, suppurantur in facie, non multum rubent, respiratio bona, non deposuit aluum, nec vomuit. Dedi decoct. auenae, gramin. cum syr. alth. deglutitio longe magis libera, et gr. j. opii.

Vesperi actiones vitales bonae, variolae dolent, sensum acrimoniae quasi in ore sentit, facies tumet, rubet. Dedi haustum diacod. hora vndecima vt ante.

25. Vrina sana, apyrexia, suppurantur in facie, deglutitio melior, nox magis commoda. Dedi familia, et gr. j. opii forma haustus.

Conquerebatur de dolore magno per totum corpus ob variolas suppurantes. Dedi haustum opiatum hora vndecima.

26. In facie ante triduum iam fricando ruperat plurimas, hae nunc asperae; et fuscae sunt, sic et in trunco corporis fecerat, an forte illa dolent? suppurantur valide, deglutitio molesta magis, dolent variolae pessime, febris auctior. Dedi decoctum auenae, gramin. bardanae et haustum diacod.

Vesperi de dolore immuni conqueritur, sic et in gutture, dum deglutit, facies crassam habet crustam, in manibus bene suppurantur. Dedi haustum diacod. et eadem.



Sept. 27. Nox modica fuit, febris modica, respiratio bona, deglutitio molesta, in facie vt heri, non rubent multum in manibus, clyfma applicui, aluus erat stricta. Dedi similia, et diacod.

Vesperī dolor immanis fuit in variolis trunci, et manuum, febris maior, vrina sana cum nubecula fuit. Dedi eadem, et haustum ex gr. j. opii, syrup. papau. dr. ʒj.

28. Somnolentus fuit tota nocte, febris vt heri, in facie siccantur, et crustam faciunt, respiratio bona, tamen deglutitio difficilis, vix quid potauit, iussi collutoria, etc. et gr. j. opii. Rumpuntur variolae, et pus fundunt, febris, respiratio bona, deglutitio melior, vrina sana. Dedi hora vndecima diacodiatum simile.

29. Nox modica, deglutitio melior, febris modica, respiratio bona. Dedi haustum diacodiatum hora tertia, et eadem medicamenta.

Actiones vitales satis bonae, deglutitio melior, non assumit medicamenta, nisi haust. diacod. in manibus suppurantur valide. Dedi leuius diacod. et acidum gratum medicamentum.

30. Dormiuit parum, actiones vitales bonae, spir. sulph. in potu communi, similem inixturam dedi, et diacod. aluum non deposuit.

Vesperī terrores subiti in somno, caetera vt ante, perrexi.

Oct. 1. Terrores in somno, et dum dormiturit, leue delirium, dum cuigilat, bene respondet, et mentis suae compos est, actiones vitales bonae, vrina coloratior sana cum nubecula, perrexi, mutauerunt lintea.

Vesperī

Vesperī bene se habebat. Dedi eadem,

Oct. 2. Vrīna crassa turbida, actiones vitales bonae, lingua humida, aluum heri deposuit. Dedi gratum acidum cardiacum, et diacodiatum hora tertia.

3. Melius se habet in omnibus, nisi quod deliret parum, dum dormit, non aliter, credo fieri, quia dorso incumbit.

Vesperī: satis bene se habebat, nisi quod delirium duraret dum dormit, euigilans mentis compos est tamen.

4. Delirauit pessime tota nocte, et adstantes (a quibus et ab vxore credo ad iram prouocatus fuit) verberauit, dicens se in alio loco esse, etc. noluit assumere diacod. Dedi emuls. cum vnc. iβ. syr. diacod. et iussi balnea pedum.

Vesperī parum melius se habet, nec ita delirauit.

5. Horrenda habuit insomnīa, mens tamen constat nunc, sed tunc euigilans delirat per aliquot tempus, dum se mouet, tremit quasi parum aliquando, non semper, stuporem in pedibus sentit, variolae exsiccae deciderunt fere, aluum deposuit, appetitus bonus. Dedi decoct. 5-rad. cum thymo, serpillio, etc.

Vesperī satis bene se habebat sedens in sedili, post meridiem dormiens iterum horrenda insomnīa habuerat, iussi pergere: NB. ante aliquot dies de lecto surgens capite impegerat validissime in parietem.

6. Vomuit bis hac nocte, quater aluum deposuit, vltimo olidissimam, comederat iuscula olerum cum anguillis, non delirauit hac nocte, omnes artus dolent, pul-

sus

ius debilior. Dedi cardiacum medicamentum cum opio.  
Febricula leuis.

Oct. 7. Nox commoda, aluum deposuit hodie mane  
tenuem olidam cum magno leuamine, febricula tamen.  
Dedi acidum cardiacum.

8. Decies aluum deposuit, pedes parum tument,  
dum foco assidet, inde parum debilior, nullum amplius  
delirium, non multum dormiuit, pulsus aequalis, debi-  
lis. Dedi mixt. ex tinct. cinnamomi, spirit. nitr. dule.  
diamor. fyr. diacod.

9. Vrina sana, aluum bis deposuit, appetitus nullus,  
fitis magna, acidus ructus habuit, sitiit, tussit parum,  
leuis febricula. Dedi pulu. ex lap. cancr. contraier. etc.

10. Sexies aluum olidam deposuit flauam, illam  
comparat feci cereuisiae spumosae, tussit adhuc, vrina  
parum coloratior sana, lingua obsita adhuc. Dedi mixt.  
ex catechu, lap. cancr. cum diacod. pedes tument, nec  
detumescunt in lecto, illos iussi fricari.

11. Aluum non deposuit, appetitus bonus, vrina  
bona. Dedi eadem.

12. Aluum non deposuit, pedes tument satis valide,  
appetitus bonus, perrexi.

14. Omnia bona sunt, solus pedum tumor superest,  
pergendum iussi in frictionibus.

15. Abdomen etiam tument, in reliquis se bene habet.  
Dedi cereuis. medicat. fortiss. ex summit. absinth. et sal.  
genistae, victum siccum.

18. Non plus tument, nec detumuit, perrexi, vrinae  
copia parum augetur.

Oct. 21. Omnia eadem, iussi cras fumere purgans ex ialappa.

27. Inde purgatus fortissime ingentem copiam tenuis nigricantis materiae dimisit cum leuamine, nam abdomen ilico detumuit, et manet gracile, solus tumor crurum, et femorum, iussi validos motus facere, cum diaeta sicca, conualuit.

*Tetanus cum miro stupore.*

Sept. 17. Hysterica valde ante octo annos valida vi premendo pollicem dixit se illum retrorsum luxasse in manu sinistra, sic vt retrorsum erectus maneret, repositus fuit deinde, et postea vim nullam potuit exferere pollice, nisi fibula adstricta circa ligamentum carpi, dixit se illud ob hanc rem, et dolorem simul ortum circa articulationem pollicis cum osse metacarpi die 13. validius strinxisse, tunc dolor magnus ortus eodem die in manu, die 14. tota vis perierat musculosa manus vsque ad articulum vlnae cum carpi ossibus. (NB. loricas faciendo valida vi pollice illo premit) Suaseram heri, cum dole-ret maxime, emollientes herbas calidas applicare ma-nui, et potare decoctum, quod fecit, heri post meri-diem hora quarta sensus omnis abolitus est a carpo ad di-gitorum apicem vsque, hodie inueni digitos recta exten-sos rigidissimos, immobiles ad se inuicem applicatos fir-missime sine sensu vlllo, heri dolor ad axillam vsque per-gebat, iam nullus est, iussi exponere vaporibus aquae tepi-dae, et illinire vugt. martiat. neruino, alth. composito.

Sept. 18. A carpo ad digitorum apices vsque omnia tetano affecta, digiti et pollex validissime ad se inuicem appressi rigent, si vi dimouerem, instar elasticae laminae resiliunt, digiti extensi sunt rigidi, si flectere volo instar elastici chalybis resiliunt, dum sic pertracto, vola manus excuatur, et vltima phalanx digitorum a fidi-  
 cinalibus musculis mouebatur, interim sensus omnino abest, ex hac parte brachium, et cubitum mouere potest, sed sentit a carpo ad digitos vsque quasi plumbum appensum; iussi in *pensuat* fouere, fricare, potare decocta emolli-  
 lentissima.

20. Omnia fere eadem, nisi quod digiti remoti ab in-  
 vicem parum lentius resiliant, perrexi in iisdem, sed dedi simul omni trihorio vnc.  $\beta$ . huius mixt.  $\mathcal{R}$  spirit. sal. amm. dr. ij. tinct. succin. dr. ij. aq. rut.  $\mathcal{B}$   $\beta$ . syr. artemis. vnc. j.

22. Digiti parum minus rigidi, tamen pollex adhuc rigescit omnino, et nullus inest in tota manu sensus; iussi eadem.

23. Vt heri, nisi quod dolor ad humerum vsque vergat hinc inde lancinans.

25. Digitus minimus longe magis mobilis, et aliquis sensus inest, sic et in reliquis digitis pollex solus manet rigidissimus.

28. Pollex flexibilis magis, tamen sponte, sed sensim iterum apprimitur indici, reliqua omnia magis flexilia. Dedi eadem.

30. Dolor per digitos ad minimum motum, maior flexilitas tamen, dolor ad cubitum pergit. Dedi diacod.

et cum a fomenti calore dolor augeatur, iussi frictiones supra fumum aromat.

Oct. 3. Longe flexiliores digiti. Dolor tamen magnus per totam manum ad cubitum vsque. Dedi eadem, et mixt. ex spirit. sal. amm. syr. diacod. vnc. ij. aq. rut. ℞. j.

8. Pollicem nondum mouet, priores digitorum articulos parum flectit, caeterum digitos nec adducere potest, nec abducere, sed solum digitum minimum, dum abduxi, vtcunque adducit ad reliquos, dolor molestissimus per totum brachium, imo et latus sinistrum dolet, aliquando iussi frictiones continuandas, et dedi infus. aromat. per triduum vsurpandum.

13. Dolor nullus, digitos melius incipit mouere, iussi pergere in frictionibus.

25. Quatuor digitos flectit, sensus rediit, pollicem mouet, sed cum dolore, iussi pollicis applicandum emplastrum ex gummi ammi. emplastr. labdan.

Nov. 8. Digitos mouet satis bene, solus pollex in secundo articulo dolet, dum mouetur, nec vim exferre potest, iussi pergere.

17. Sensus rediit et motus in 4 digitis, pollicem lente mouet, locus in dorso manus inter pollicem et indicem incipit liquidum tenue plorare sensim, et dolet ille locus.

1735. Ian. Postquam per aliquot tempus se satis bene habuerat, et manum mouerat satis bene, dolorem sensit intolerabilem vrentem quasi sub axilla, per totam manum pergentem, sed et latus sinistrum pectoris et ab  
dominis

dominis dolebat. Dedi mixt. ex spirit. sal. amm. superbibendo emollientissimum decoctum, ortus est sudor in apice digitorum manus cum leuamine, postea pustulae prurientes omnes illas partes occupauerunt, abiit dolor, rediit vis muscularis, quae iterum fere deleta erat, et circa finem mensis subito terrore perculsa melius adhuc longe se habuit, postea iterum peius se habuit, semper debilitas manebat, sic vt nihil manu posset arripere, hinc pertaesa, magna spe, vt dixit, abiit Heloo, ibi aquae ex puteo haustae frigidae immerfit brachium, sensit dolorem intolerabilem, sed momentaneum, et vno momento sanam se sensit, vidi paucis diebus post manum mouentem, fortissime prementem, etc. an spes magna, an aqua frigida hoc fecit?

### *Dysenteria.*

Jun. 23. Die 18. tenesinum incepit pati cum pauca depositione alui, ante aliquot tempus spasimum (krampf) senserat in musculis faciei, dein illo euanido in abdomine magnos dolores sensit, a minimo motu abdominis dolor augetur, ter aluum deposuit hodie foetidam sanguinolentam, vltima vice duriozem flauam deposuit, sitis magna, febris nulla, dum sumit alimenta, nauseat. Dedi puluerem ex rheo tosto, et dein acidum cardiacum medicamentum leuiter diacodiatum.

24. Apyrexia, primum puluerem euomuit, mox aliam dosim assumsit, et quater aluum deposuit, et tenesimus cessauit, hodie mane semel aluum deposuit, muriam appetit, et cum muria puluerem sumsit, vrina scor-

butica lateritia, lingua sicca, fitis, somnus hac nocte modicus fuit, a minimo motu corporis, vel et crurum, dolorem in abdomine sentit. Dedi mixt. ex spirit. sulph. per camp. diamor. Nicol. syr. diacod. aq. meliss.

Iun. 25. Heri riguit hora prima, dein caluit, sudauit, fitis magna, aluum liquidam heri vesperi deposuit olidissimam, hodie mane semel aluum magis coactam deposuit, nox modica, dum se mouet minimum, dolet abdomen, vrina foetida vt heri. Dedi mixt. ex spiritu nitri dulcis, rob diamor. ribes. syr. diacod. tinct. cinnamoni, aq. meliss. labium inferius fit vlcerosum.

26. Vrina sana, dum tangit manu abdomen, anxia fit, et dolet, dum mouet crura, dolet abdomen, et tensionem sentit, fitis minor, pulsus debilis, dolor in dorso, et tensionem sentit. Dedi mixt. ex lap. cancr. syr. papau. alb. aq. flor. rhoead. tinct. succini.

29. Aluum sexies deposuit tenacem iam non multum, foetidam intra 24 horas, pulsus debilis, sentit a motu corporis, vel a maiori sono vacillare quasi cerebrum, abdomen non adeo doluit. Dedi emullum leuiter diacodiatum, dormiuit modice.

28. Aluum duram deposuit hodie mane, febris nulla, labium inferius, et lingua vlcerosa, menses parum fluunt, tormina lenia, capitis leuitas. Dedi aq. rorismar. cum borace, syr. stoechad.

29. Lingua nitida, dolor abdominis magnus heri, sed bis tunc aluum semifiguratam deposuit cum leuamine hodie adhuc semel, sensit tamen inde se debilitatam, febris nulla, menses vix fluunt, hodie mane caput doluit,

circa



circa meridiem non. Dedi spirit. carmel. cum aq. foenicul. lap. cancr. etc.

Iun. 30. Adhuc similem aluum cum leuamine deposuit, melius se habet. Dedi eadem.

Iul. 1. Satis bene se habet, nisi quod capitis leuitatem sentit. Dedi aq. rorismar. spirit. anthos. syr. stoechad. tinct. succin.

2. Immanem habet dolorem capitis, in reliquis bene se habet. Dedi balnea, epispastica, mixt. similem.

Vesperi dolore aucto empl. gaib. applicui nuchae, oxycrat fronti, diacod.

3. Post diacod. leue delirium, dolor minor. Dedi emulsum diacod.

4. Melius se habet in omnibus, perrexi.

5. Leuitatem capitis maximam sentit, et mobilitatem, in reliquis bene se habet. Dedi aq. rorism. spirit. anthos. tinct. succin.

6. Bene se habet, iussi pergere.

### *Hydrops.*

Sept. 18. Annorum 34 a iuuentute dolorem circa renem sinistrum habuit, et stranguriam, quinque liberorum mater, vltimum peperit ante mensē, et inde se bene habuit.

Valido irae affectu mota ante 8 septimanas, et subita infantis morte perterrita in lumbis et circa praecordia sensit dolorem, et anxietatem, sic vt manu saepe premeret limbum costarum spuriarum lateris sinistri, inde leuata in inguine vtroque tumorem incepit habere non

herniosum, iusseram frictions, et dedi pillulas ex sa-  
pone veneto, et troch. de myrrha, superbibendo deco-  
ctum 5 radicum, post 14 dies incepit tumere abdomen  
ab inferioribus sensim aucto tumore, vrinam parcam  
emittit, appetitus haecenus bonus fuit, tentaueram diae-  
tam siccam, rob iunip. aq. iunip. pill. lunares Bryloi,  
helleborum nigrum, sed frustra, incipit sitire multum,  
borborygmi, flatus. Cl. B. consuluit statera explora-  
rem, an aqua esset, mense Iunio ponderauerat 120 libras,  
nunc circiter 150, tunc paracethesin consuluit.

Sept. 21. Hodie vesperi hora quinta in dextro latere  
paracethesin instituimus in loco medio inter vmbilicum  
et spinam ossis ilei, et vna vice per troicar eduxi pintas  
18 aquae inodoraе, spumescens fere, pellucidae, lenis-  
sime subsaluae, subflauescebat, quasi colorem seri sangui-  
nis dilutum referret, non detergebat manus dum laua-  
bam hac aqua, nec videbatur vllam habere acrimoniam,  
adstricto fibulis abdomine nullum malum secutum est, sed  
bene se habuit aegra, comedit parum. Dedi aliquot  
vncias vini canarini in operatione.

22. De nocte satis bene dormiuit, nunc abdomen  
parum dolet, leuis febricula, suasi diaetam siccam, et dedi  
cereuisiam medicatam ex baccis lauri, iuniperi etc. Dum  
decoquebam aquam eductam, turbabatur, aliquid serosi  
concreti dabat, odor augebatur, et incipiebat foetere,  
hinc videbatur aliquid serosi habere, sed copiosa lym-  
pha dilutum.

Sept. 23. Bene se habuit, vulnus dolet, appetitus bonus, fitis non magna, vrina subsedit crassa fatis. Dedi eandem cereuisiam.

24. Sitis, dolor in abdomine maior fuit, et circa vulnus et alibi abdomen videtur plus tumere, non dormiuit, sed dum dormituriebat, totum corpus quasi subsiliebat prae terrore. Dedi quatuor pulueres cum gr. ij. laud. puri.

25. Omnia similia, parum melius dormiuit. Dedi eosdem pulueres, abdomen incipit plus tumere.

26. Melius dormiuit, abdomen tumet inferius parum. Dedi cereuisiam illam medicatam.

27. Abdomen plus tumet, iussi, vt ponderaretur.

29. Antequam paracenthesis instituebatur, ponderabat  $154\frac{1}{2}$  libras, nunc ponderat 133, hinc recrefcit aqua.

Oct. 2. Ponderat  $139\frac{1}{2}$ , appetitus bonus, abdomen tenditur.

4. Cl. Boerh. rogatus, an repetenda paracenthesis, dedit hanc formulam: ℞. sal. absinth. dr. iv. summit. absinth. vnc. iv. cum cereuisia f. cereuisia medicata ad ℥. iv. quater in die vnc. ij.

7. Plus tumet, tamen maiorem copiam vrinae dimisit, perrexi.

11. Ponderata 152 libras pendet, Cl. Boerh. repetendam iussit paracenthesin, et dein victum absolute siccum ex pane biscocto solo.

13. Hodie hora 4. paracenthesin in sinistro latere instituiimus, et eduximus 32 pintas aquae similis, ver-

tigo oriebatur sub finem, quia cingulum non erat bene appressum, hoc facto totum illud euauit, sed de torminibus circa umbilicum breui euandis querebatur. Aqua easdem dotes ac ante habet.

Oct. 14. Heri vesperi hora nona instans animi deliquium sensit, tormina in abdomine hodie habuit, circiter vnc. viij. demisit vrinae, tamen ne guttam liquidam assumsit, pulsus bonus sed debilis, appetitus bonus est, pillulas ex galbano, ammoniaco, sagapeno: et fumis fuccini totum cubiculum, vesles, stragula etc. iussi repleri, vulnus non dolet.

15. Binas libras vrinae cum sedimento lateritio deposuit, bene appetit, nulla anxietas, dolor nullus, ab omni potu abstinuit, perrexi.

16. Sine potu viuit, sentit quasi inferius auctum tumorem in abdomine, vrinam ad libram et ultra dimisit.

18. Heri sitim ferre non potuit, hinc circiter octo uncias cereuisiae potauit, vrina singulis diebus ad minus vnc. xvj. deposuit, dolorem in lumbi inanibus in latere dextro sentit. Perrexi.

20. Ponderauit  $\text{℥ } 120\frac{1}{2}$ , dolor ille euauit.

23. Non ponderata est, appetitus bonus, vrinam reddit ad  $\text{℥ } j$  omni die, vix vnc. v. humidi assumens, abdominis tumor vix augetur, perrexi.

27. Heri ponderauit 131 libras.

28. Cl. Boerhaau. dedit illi puluisculum flauum, a quo sperabat summam euacuationem per aluum, sed euomuit magnam copiam, nil praeterea.

Nou. 6. Nou. 2. ponderauit 135 libras, sumsit tres funiles puluisculos nunc, et inde aluo excreuit magnam copiam tremulae, gelatinosae quasi materiae varii coloris nunc nigri, caerulei etc. sed sine leuamine tumoris. Cl. Boerh. iusserat adhuc duos fumendos.

10. Inde non multum purgata fuit, nec vllum leuamen habuit, heri vesperi ponderauit 144 libras, Cl. Boerh. iussit victum siccum, et infundere cereuisiae meracissimae ℥ ij. (blookmaat) puluerem hunc: ℞. sal. stipit. fabar. dr. vj. rad. gentian. dr. ij. m. f. puluis tenuissimus, infundere per bihorium, postea omni hora fumere vnc. ℞. et tunc cras omnem vrinam emissam adferre.

11. Vrinam crassam ad ℥ j. emiserat, quod mirabatur Cl. Boerh. et dixit mihi, pulueres illos fuisse praecipiolum Hellmontii, et punctionem repetendam.

12. Hora quinta a meridie paracenthesis eduxit 24 pintas aquae similis, sed abdomen longe magis versus inferiora prominulum erat, et dum effluebat aqua, dolorem acutissimum in hypochond. dextro subito sensit, incepit pallere, pulsus tamen constitit. Dedi cardiacum opiatum leuiter.

13. Bene dormiuit, magnam satis copiam vrinæ dimisit, pulsus constat, iussi victum siccum, et pergere in vsu medicam. die 10. praescripti.

17. Bene se habet, Cl. Boerh. ipsi dedit binos puluisculos paruos fuscis instar Caffee, ab vno aluum deposuit saepe, alterum hodie sumsit, adhuc de dolore

illo in hypochondrio dextro conqueritur, dixit se heri ex somno euigilantem sudasse parum.

Nou. 23. Adhuc duos sumsit, non multum inde purgata tamen, heri mucosam flauam viridem substantiam aluo deposuit, abdomen plus tumet, noctem duxit insomnem. Dedi gr. j. opii.

29. Tumet plus, adhuc duas doses dedit Cl. Boerh.

Dec. 10. Haecenus hos pulueres sumsit a Cl. Boerh. datos, et continuo aluum deponit, vrinam copiosam dimittit saepe ad ℥ ij. vna die, sudauit parum, abdomen tamen adhuc tumet, vesica orta in abdominis parte inferiori, rupta magnam copiam aquae effudit.

18. Sudat omni nocte, vrinam magna copia satis emingit, longe maiorem copiam, quam bibit, aluum saepe deponit, tamen abdomen tumet, dedit Cl. Boerh. similes pulueres, et raph. nigrum comedendum iussit.

24. Non deposuit aluum, sed sudat fortissime de nocte, et vrinam magna copia demittit, et videtur detumescere abdomen, dixit illos puluisculos vitriolici quid sapere.

Ian. 8. Ponderata 126 libras aequauit, vires insurgunt; plurimum vrinae dimittit, et sudat profuse in lecto, Cl. Boerh. dedit ipsi cupri solutionem in sp. C. C. factam ter de die ad gtt. iij. quotidie augendo ad gtt. xv. vsque ter de die.

28. Subito dixit se circa vesperam immanem dolorem in abdomine, et lumbis percepisse per aliquot dies, ad eiulatum vsque auctum de nocte, mane euanidum, vomuit pituitosa, aluum similem deposuit cum leuamine aliquo.

aliquo. Dedi vt compescerem hunc dolorem opiatum illi vesperi, quod successit, scirrhosam duritiem dolentem in abdomine percipere potest tactu.

Febr. 8. Cl. Boerh. iudicauit illam multo meliorem esse, dedit adhuc binos tales fuscos pulueres, et similem tinct. caeruleam, sed fortiorem.

14. Die 11. ponderauit 119 libras, heri dolorem subitum in abdomine et lumbis sensit, et abdomen ad contactum circa umbilicum durum est, duritie quasi magis dispersa, pulsus citatior, vrina crassum sedimentum habet. Dedi laud. dilutum in aqua.

Mart. 1. Satis bene se habet, sed durum scirrhosum tumorem in abdomine prominulum sentit, imprimis dum decumbit, instar pugni prominentem. Cl. Boerh. dedit sap. venet. gum. amm. ana vnc.  $\beta$ . m. f. pill. gr. iij. sumat vnam omni hora.

6. Dolorem heri intolerabilem habuit, musculis abdominis nunc subito instar ligni rigidis, nunc flauiscentibus iterum, leuamen sentiebat, dum ilia, et lumbos manibus fortissime premebat maritus, sumsit opiatum, et inde leuamen, tumor ille scirrhosus idem; iussi pergere in vsu pillularum, et dedi vngt. arthan. et martiat. vt abdomen fricaret.

7. Heri subito intolerabili dolore correpta fuit. Dedi mixt. ex philon. Mesuae dr. ij. etc.

1737. Iterum intumuit media aestate totum abdomen, sed sudore profusissimo sponte orto detumuit penitus, manentibus interim scirrhis illis tumoribus.

1738. Aprilis 20. Immaniter tumebat iterum, postquam se satis bene diu habuerat. Dedi sal. alcalin. cum aromat. et dein rob iuniperi cum spiritu nitri dulcis, et victum siccum, incipit iterum sudore diffluere.

Post aliquot dies maritus harum aerumnarum pertaesus suspendit se ipsum, et misera haec foemina summo percussa terrore in febriem acutam incidit, et perit breui.

*Intestinorum inflammatio, et Exanthemata  
liuida.*

Oct. 2. Infans quatuor annorum sine causa manifesta die 30 Sept. vesperi incepit conqueri de dolore circa umbilicum valido, sic vt eiulauerit tota die, febricitat nunc valide, aluus stricta, vrina pallida lactea. Dedi decoct. auenae cum nitro, et rob samb. fomentum saponis applicui abdomini, clystina bis de die inieci.

3. Clystina bis applicatum fuit, sed non adeo bene, vt puto, hinc inde non multum leuaminis habuit, medicamenta bene assumsit, aluum non deposuit, pulsus celer, paruus, facies sabliuida, non dolet fere, gangraenam metuo. Dedi similia.

Vesperi non conqueritur de dolore iam circa umbilicum, bis aluum nigram olidam valde deposuit, pulsus celer febrilis, in pedibus, femoribus, inguinibus stigmata nigra apparent, maxima in inguinibus, in brachiis aciculae minimae capitulum vix aequant, in pectore quaedam rubrae maculae sunt, quae credo breui liuescent, leue delirium, pulsus vt hodie mane, lingua



gua sicca, potum petit. Dedi spiritum sulph. per campanam cum syr. flor. violar. et cardiacis.

Periit hac nocte.

*Angina inflammatoria.*

Oct. 26. Annorum 51. modici habitus foemina incepit die 23. anginam inflammatoriam pati, heri cum febris valida esset, dolor acutus, iussi V. S. antiphlogistica summa, cataplasma collo applicui, fauces rubent sine multo tumore, sanguis phlogisticam crustam habet, vox rauca, erecta in lecto debuit sedere, vrina non multum colorata cum crassa nube circa fundum, sputa quaedam viridia exspuit. Dedi haust. purg. ex fol. fennae, et decoct. emoll. cum nitro, balnea pedum.

27. Aluum saepe deposuit, nox non ita quieta, leue delirium, dum dormit, vrina crassa turbida, flauescens, fauces humidae, nec dolent, sed dolorem, et ardorem in sinistro capitis latere sentit, hinc malam metuo metastasin, iussi balnea pedum. Dedi decoct. gramin. auenae, scorzon. cum nitro, et rob samb.

28. Deglutitio bona, pulsus parum febrilis, vrina vt heri, os internum humidum, totum iam caput dolet, sic vt attactum vix ferat, aluum non deposuit, fitis modica, appetitus deletus. Dedi decoct. tamarind. cum graminine, nitro, etc. Dum mouet caput, dolor augetur.

Vesper: pulsus vt mane satis bonus, ἀναίσθησια quaedam, os siccius, molestia quasi in pectore, sputa  
crassa

crassa viridia. Dedi decoct. iuiub. foenicul. nitrum, mel, epispastica,

Oct. 29. Inueni faciem vultuosam, ruberrimam, respirationem breuem, pulsum paruum celerem, extrema calida, iussi lixiuium saponis pectori applicandum, et pergendum in iisdem. Perit circa meridiem.

*Pustulae vlcerosae faciei, pudendorum, subaxillarium etc.*

Oct. 29. Annorum circiter 40. pleni sanguinei habitus, ante biennium resolutionem totius corporis passa fere fuit cum memoriae aliquo defectu, sensim tamen motus in brachiis rediit et memoria, tantum debilitas in gressu remanserat, hinc sanissimae circa mentum, labia, genas ortae fuerunt pustulae vlcerosae, sic et circa pudenda, et sub axillis, et ilico motus pedum longe expeditior. Dedi rob. samb. cum nitro, aqua samb. succo semperuiui.

30. Pustulae vlcerantur fortissime, ardor intolerabilis in volis manuum, in reliquis bene se habet. Dedi succum semperuiui cum rob. sambuci, aqua flor. tiliae.

31. Brachia tota numerosis pustulis obsidentur, appetitus bonus, lingua flauam habet crustam, aluum modice deponit, ardor summus sub plantis pedum. Dedi decoct. gramin. bardan. tamarind. etc. cum nitro, rob. sambuc.

Nou. 1. Epidermis in collo, brachiis, et aliis partibus affectis in bullas attollitur, ac si cantharides applicatae fuissent, molestissimus ardor sub plantis pedum,

appeti-

appetitus integer, tamen, quia moleste maxillas mouet, vix potest comedere, in facie siccantur pustulae, et crustam faciunt. Dedi mixt. ex syr. diacod. rob samb. succo semperuiui.

Nou. 2. Prona pars brachiorum in vnam vesicam, confluentibus reliquis, attollitur, siccantur in facie, appetitus satis bonus, aluum semel deposuit, lingua humidior, dum frigidus aer manus tangit, dolent, nec magnum calorem fert. Dedi infusum flor. samb. rhoead. nitrum.

3. Appetitus modicus, tamen non adeo integer, sitis nulla, inter digitos manuum, et pedum vesiculae ingentes, vlcerosae illae pustulae crura, femora occupant, truncus liber est, vrina coloratio sana. Dedi spiritum sulph. cum nitro, diamor. Nicolai.

4. Ardor molestissimus sub pedibus, appetitus bonus, aluus respondet, in facie siccantur, et decidunt, lingua humida, non tamen penitus nitida. Dedi diacod. cum diamor. ex nitro.

5. Sub plantis pedum ardor, tumor, sed non erumpunt ibi pustulae, sed ad latera, et digitos pedum vndique occupant, dorsum manus tumet, et rubet, appetitus et somnus bona, aluum ter deposuit, aqua exsillans ex pustulis ad tactum calida est, et ancillae illam curanti vlcuscula fecit in manibus, somnus placidus. Dedi eadem.

6. Facies liberatur, reliquae partes adhuc in vesicas attolluntur plenas latice calido, et odoris putridi, caeterum bene se habet, perrexi.

Nou. 7. Omnia vt ante. Dedi eadem.

8. Vt heri.

9. Siccantur manus, dum sedet extra lectum, illico frigore, et horripilationibus corripitur, vrina sana, appetitus integerrimus, aluum ter deposuit, somnus bonus. Dedi inf. flor. samb. rhoead. cum nitro, rob. samb.

10. Siccantur sensim reliqua, functiones omnes bonae, perréxi.

11. Vrina subsedit diuulso albo sedimento, febricitat, genua excoriata dolent, appetitus bonus, palpebrae, et frons pustulis obsidentur. Dedi decoctum gram. bard. scorzon. cum nitro, et rob samb.

12. Vrina subsedit crassa, pulsus bonus non febrilis, appetitus integer, aluum deposuit libere, locis excoriat. tis empl. griseum cum nutrito, et idem remed. adhibui.

13. Febricitat, dolor auctus, ab empl. nouae pustulae oriuntur circa oculum, palpebras et manus, et dum maiorem pustulam rupit, vidit minorem vesiculam subesse. Dedi idem.

14. Vrina vt ante, febricitat, appetitus et somnus boni, incredibilis copia ichoris ex genibus excoriat. disfluit, et intra digitos pedis. Dedi srib. diaphor. cum lap. cancr. cinnab. gr. vj.

15. Vrina vt ante, pulsus celer, febrilis, appetitus integer, dormiuit modice, noua hinc inde prodeunt vlcera. Dedi decoctum rad. gram. scorzon. cum rob ribes. sale polychr.

Nou. 16. Urina crassa turbida, febricitat, appetitus optimus, octies aluum deposuit, sed figuratam, incipiunt siccare genua. Dedi eadem.

17. Appetitus integerrimus, febris vt ante, hinc inde paruæ pustulae prodeunt, siccantur reliquae. Dedi cinnab gr. vj. stib. diaph. dr. j. lap. cancr. dr. iß. m. f. pulu. No. vj.

18. Omnia vt heri. Dedi eadem.

19. Omnia vt heri. Dedi eadem.

20. Vt heri. Dedi eadem.

22. Appetitus integerrimus, somnus bonus, sed cum infomniis, urina parca, crassa, pulsus satis celer, febrilis, facies detumuit, femora pustulis adhuc obsidentur. dum ex lecto surgit, prae frigore quasi tremit. Dedi infusum leuiter aromaticum ex 3 santalis, cortice sassafras etc. per biduum vsurpandum.

24. Appetitus integerrimus, febris leuior, exsiccata fere omnia. Dedi lap. cancr. stib. diaph. non abl. lap. prunellae, forma pulueris.

27. Bene se habet, nihil dedi.

29. Febricitat adhuc, emaciatur, iam alacriter ambulat, appetitus integerrimus.

Dec. 3. Ambulat bene, appetitus integerrimus, pulsus tamen adhuc celer satis, incipit corpus repleri iterum.

11. Ambulat optime, perfectissime sana.

### *Vomitus bilis atrae.*

Oct. 30. Annorum 44 pallida, tumens, alioquin satis sana vixerat, vertigine saepe laborans, sed imprimis

mis heri penitus vertiginosa fuerat, et timorem praecordiorum per aliquot dies habuerat, sic vt corpus vix flectere posset, hodie vesperi subito mensae assidens animo linquebatur, decidens ex sedili, mox vomuit magnam copiam amurcofae nigrae materiae non acris, nec amarae. Senferat hodie et heri dolorem acrem in dorso medio inter scapulas, sic vt locum hunc ad sedile appri-meret, inde leuamen habens, senferat et dolorem circa lienem, pulsus constabat, leuabatur post vomitum. Dedi diluentia, vt facilius vomeret, et mixt. ex diamor. Nicol. diacod. spirit. sulph. aq. meliss. cort. citr. etc.

31. Nox commodior, non dormiuit tamen multum, hodie mane pituitam vomuit, vltimo amaram parum. Dedi decoct. rad. acetosae rec. tamarind. gram. cum syr. violar. aq. cinnamomi.

Nou. 1. Semel adhuc pituitam vomuit, vrina sana, aluum non deposuit, sitis, appetitus nullus. Dedi eadem.

2. Dolor in dorso adhuc satis validus, terrores in somno, actiones vitales bonae, detumuit abdomen, semel aluum deposuit, lingua humida. Dedi decoct. 5 rad. cum sale polychresto.

3. Melius se habet, color bonus, vrina sana, dormiuit melius. Dedi eadem. Dolor postea immaniter auctus in spina dorso, et inter scapulas, iussi frictions.

4. Dolor ille nunc minor, sed ardoris sensum iam sine dolore habet, nox placidissima fuit, vrina sana, appetitus modicus. Dedi decoct. tamarind. cum syr. fenn. sale polychr. etc. quia aluus stricta erat.

Nou. 5. Aluum nigram olidam cum leuamine ter deposuit, ardor ille heri remisit vesperi, sed tunc dolor ortus fuit, nox quieta, pulsus parum celerior. Dedi idem.

6. Ter aluum melius coloratam deposuit, dolor adhuc aliquis in dorso, vrina sana. Dedi pill. ex rheo, sapon. veneto, etc.

7. Vrina sana, febris nulla, appetitus integer, somnus bonus, morsus et vellicationis sensum in lumbis habet. Dedi pill. ex rheo, myrrh. galban. sapon. venet. ol. rorissinar. cum infus. rorissinarini, de vertigine conqueritur.

17. Bene se habet nunc, sensit heri subito, ac si dolor ille ex lumbis in abdomen subito descenderet, et mox euanuit: iussi pergere.

### *Tussis conuulsiva.*

Oct. 13. Annorum 3 diu tussit, et vltimis his diebus tussim illam conuulsiuam infantum habuit satis validam. Heri incepit valide febricitare, de dolore circa cardiacam conqueri. Lingua nitida: vrina flauescens, turbida: appetitus hodie mane melior est, et satis alacris videtur. Dedi mixt. ex nitro, antim. syr. alth. fl. rhoead. Variolas hac aestate mites discretas habuit.

14. Somnia turbulenta parum hac nocte: aluus stricta iam a die 11 febris nulla, lingua nitida, appetitus modicus, tussis minor. Dedi mannam.

15. Vomuit ab assumpto medicamento, postea tamen aluum deposuit. Vesperi vomuit acida pituitosa

magno cum leuamine. Tussis. Dedi absorbentia cum fyr. alth. aq. foenic.

Oct. 16. Alacris fatis est, sed tussiuit validissime hac nocte. Medicamentum respuit. Dedi linctum ex ol. amygd. vitello oui, etc.

17. Minus tussiuit. In reliquis melius se habet.

19. Minus tussiuit; in reliquis melius se habet. Dedi similia, et reliqui.

*Saliuatio.*

Nou. 18. Iuueni 24 annorum boni habitus vlcera venerea in velo pendulo palatino haerebant, dolentia valde, repleto prius corpore per decocta mollissima, et mollibus purgantibus euacuatis intestinis, in loco calido versanti, etc. dedi hodie hora 9. 3. 6. granum mercur. praecip. albi, superbibendo vnc.  $\beta$  huius mixt. laud. gr. vj. aq. cort. citr.  $\mathfrak{C}$  j.

19. Nullam mutationem sensit, aluum non deposuit. Dedi 5 doses.

20. Ter aluum deposuit, sine multis torminibus, incepit singultum pati, pulsus debilis. Dedi 2 doses.

Vesperis: aluum non deposuit, singultus durat, et quasi rofionem circa cardiacam sentit. Dedi mixt. ex ol. amygd. dulc. vitell. oui fyr. diacod. fauces minus dolent, gingiuae attolluntur.

21. Sexties aluum deposuit hac nocte, pulsus febrilis, singultus adhuc, quem opio compefcere tentauit ad gr. j. dato. Et iussi hora 3. fumere dosin.

Vesperis:



Vesperis: singultus rediit post assumptum puluerem, dum lac sumit, sentit quasi orificium superius ventriculi combureretur. Dedi opium cum absorbentibus.

Nou. 22. Pulsus bonus æquabilis, vix febrilis, singultus cessat, cadauer olet, lingua incipit, dolere, fordescere, spuit. Dedi adhuc duas doses: circiter vnc. xx.

23. Non febricitat, facies parum plus tumet, aluus stricta, singultus nullus. Dedi tres doses. Spuit circiter 30 vnc.

24. Dedi duas doses, febris nulla, fauces longe minus dolent, spuit circiter vnc. xxvj.

25. Febris nulla, nox pacata. Dedi 2 doses 30 vnc.

26. Febris nulla. Dedi vnam dosin, 44 vncias.

27. Febris nulla. 40 vncias.

28. Febris nulla. 40 vncias. Dedi vnam dosin.

29. Vt heri: nihil dedi. 40 vncias: febris nulla, appetitus acer.

30. Sputatio minuitur; dedi 2 doses. 20 vncias: febris nulla, appetitus acer.

Dec. 1. Sputatio minuitur. 20 vncias circiter: appetitus bonus, dedi 3 doses.

2. Saliuatio multum minuta. Dedi tres doses.

3. Intra 24 horas exspuit vnc. xx. dedi tres doses.

4. Sputatio minor. Dedi tres doses.

5. Spuit 20 vncias: ter aluum deposuit tenuem. Dedi 2 doses.

6. Sputatio vt heri. Dedi 3 doses.

7. Sputatio aucta. 30 vncias. Dedi 2 doses.

8. 20 vncias. Dedi 3 doses.

Dec. 9. 30 vncias circiter. Dedi 2 doses.

10. 30 vncias. Dedi 2 doses.

11. 36 vncias. Dedi duas doses. 12 vt heri. Dedi duas doses. 14. 30 vncias. Dedi duas doses. 15. 30 vncias. Dedi vnam dosin. 16. 30 vncias. Dedi vnam dosin. 17. 20 vncias. Dedi nullam dosin. 18. 30 vncias. Dedi vnam dosin. 19. 20 vncias. 20. 20 vncias. Dedi vnam dosin. 21. 22. 23. 24 vncias singulis diebus, leuis inflammatio circa dextram tonsillam. Conualuit.

*Tumor brachii subitus cum stupore.*

Nou. 26. Annorum 42 cachexia biliosa ante multos iam annos huc vsque laborauerat, scorbutica valde, nocte inter 25 et 26 media sine manifesta causa incepit sentire tumorem brachii in loco fere medio inter humerum et cubitum, sed sine dolore, sic tamen vt vestes discindere debuerint, stupor aderat, hodie vesperi vidi, quod brachium non poterat attollere ad caput vsque, dum ego eleuabam, statim torporem per totum brachium sensit, et postea quasi puncturam, sensit maiorem solito somnolentiam, et vertiginem, appetitus debilis, mens constat, iussi frictions, et dedi sp. croci cum aq. rutae, tinct. succini, superbibendo infusum ligni safras.

27. Brachium detumuerat, plus eleuare poterat, iussi pergere.

Nou. 28. Febris nulla, sensit tremores, rigores per totum corpus, vesperi tremuit, brachium nunc detumuit, sed dolor est circa cubitum, et carpi articulum. Dedi decoct. ʒ rad. ʒ fantal.

29. Rigores similes sensit, brachium melius se habet. Dedi eadem.

30. Brachium melius, rigores similes. Dedi antiscorbut. superbibendo infus. assafras.

Dec. 1. In omnibus melius se habet, nec rigores sensit, alius stricta. Dedi pill. Ruffi dr. j. sal. polychr. dr. ij. tereb. parum, superbibendo mixt. ex aq. rutae ℥. ij. sp. antiscorbut. vnc. ij. etc.

### *Pleuritis an paraphrenitis.*

Nou. 28. Annorum 42, tonsor pannorum satis boni habitus, tussit aliquantum, caeterum bene se habens, heri adhuc operatus fuit, hac nocte tussiens valide circa ultimum limbum costarum spuriarum dextri lateris sensit dolorem acutum valde dum respirat, febris modica, vrina sana, sed se suffocat fere prae dolore. V. S. vnc. x. foment. saponis, nitr. dr. iij. cum rob samb. aq. samb.

Vesperi sanguis phlogisticam crustam crassam habebat: a V. S. leuamen: dolor postea versus umbilicum in musculosa parte haerebat acriter impediens respiracionem, vrina sana, V. S. ad vnc. vj. et dedi similia.

29. Vrina crassa turbida, dolor minor parum versus umbilicum iam vergens, sanguis minus phlogisticus, febris modica, caput dolet, metastasin metuo, balnea pedum, epispastica, et decoct. tamarind. gram. cum ni-

tro, rob samb. dedi: sputa nigra, rubra, tenacia, prava (lampadem in cubili ardentem habet) vesperi: pulsus vix febrilis, tussit, sputa similia, sed ultimo magis alba sunt, vrina vt mane, dolor circa vltimas lumborum vertebrae; lingua in medio nigra: cum infomnia vexarent. Dedi dr. vj. syr. papau. albi.

Nou. 30. Post assumtum diacodium, dolor aberat, sed circa quartam horam recruduit, circa vltimum costarum limbum versus lumbos sic ascendens ad eardiam vsque, lingua in medio nigra sed humida, sputa vt ante, vrina vt ante, sed aliquam minuitur quasi subsidentiam, respiratio modica dum quietus iacet, febris modica. Dedi mixt. ex vnc  $\beta$  nitri, syr. fl. rhoead. alth. ana vnc.  $\text{j}\beta$  aq. rhoead.  $\mathcal{B}$   $\beta$ . superbibendo largum emolliens decoctum.

Vesperi: vrina et sputa vt hodie mane, flatus molesti fuerunt, dolor alterum latus in eadem altitudine saepe inuadit, lingua humida, caput plus dolet, iussi balnea pedum, epispastica, et dedi infus. foenicul. cum nitro et melle.

Dec. 1. Febris fere nulla, lingua humidior, tussis continua, vrina vt ante, dolor sed non tam acerbus de latere ad vmbilicum, dein ad alterum latus tendens, aluum non deposuit. Dedi decoct.  $\mathcal{S}$  rad. cum sem. anisi, etc. lac cbuty. serum potat. Circa horam quintam dolor in latere dextro circa mediam maxime  $\text{ij}$  incuruam partem costarum acerbus, respirationem impediens, extrema calent, pulsus non ita plenus, nec multum febrilis, venae manus satis turgent, vrina crassa, turbida ma-

nens, sputa rubra sincera, tenacia, lingua nigra sed humida. Dedi nitri dr. ij. syr. papau. albi dr. x. fl. rhoead. alth. ana vnc. j. aq. samb. ℥. jβ. et vesicatorium lateri applicui.

Dec. 2. Vesicatorium dolorem leuauit, et epidermidem in vesicam eleuauit, non dormiuit, tussis frequentior, sputa tenacia, minus rubra, cruda tamen, vrina rubra nubeculam habet, iussi seruare ad vesperam. Dedi decoct. alth. malu. etc. cum feminib. foenicul. et flor. rhoead. syr. alth. pulsus vix febrilis, vrina hodie mane emissa tota turbida non subsidens, nunc emissa nubeculam habet in omni parte vrinae suspensam non subsidentem, sputa vt hodie mane, pulsus et sputa vt hodie mane, lingua humidior. Dedi emuls. diacodiatum.

3. Vrina crassa, non subsidens, sic et heri vesperi emissa febris nulla fere, tussis leuior, lingua humida, non dormiuit. Dedi infus. sem. anisi, foenicul. cum melle, nitro.

Vesperi: vrina et sputa vt ante, pulsus debilis parum febrilis, dolor non amplius in latere sed per scapulas et totum corpus vagatur, aluus stricta, non dormiuit. Dedi clyfina diacodiatum, et infusum aromat. ex rad. angelicae, sem. foeniculi.

4. Clyfina feces figuratas satis copiosas eduxit, dormiuit per tres horas, vrina et sputa vt ante, pulsus bonus, tussis. Dedi simile infusum.

Vesperi: quietus iacet sed insomnis, tussicula, sputa parum magis alba, vrina eadem, dum quietus iacet in pectore dextro ronchum leuem audio, dolor abest, a-

vum non depofuit, fputa parum facilius prodeunt. Dedi infuf. foenic. rad. angelic. contraieru. fl. rhoead. cum melle et nitro.

Dec. 5. Nox incommoda fuit cum iactatione et inquietudine, pulfus bonus non febrilis, respiratio impedita, lingua humidior, vrina incipit quafi aliquid fedi-menti dare, flatus emifit 5 vel 6 cum leuamine. Dedi fimilia.

Vefperi: pulfus debilis, tardus, aequalis, lingua humida, vrina per bihorium fteerat nubeculam habens, refpaaatio tamen impedita. Dedi emulf. cum amygdal. dulc. amar. baff. Peruu. gtt. vj. cum vnc. j. fyr. papau. albi.

6. Vrina, quam heri vefperi videram, fubfedit, hodie emiffa minus colorata nubeculam habet, pulfus fortior, aequalis respiratio adhuc parum impedita ob fimilem ac ante dolorem in latere, fed mitiorem, lingua humida, et nitidior, fputa magis alba. Dedi decoct. attenuans pectorale cum glycyrrh. etc.

Vefperi: pulfus vt mane, lingua, respiratio vt mane, dolor aliquis in latere dum tuffiebat, vrina mane educta fubfederat integre, vefperi emiffa fubfidentiam minitatur. Dedi fimile emulfum.

7. Vrina craffa fubfidebit credo, febris nulla, fputa alba, cocta, fed pauca, dolor minutus. Dedi decoctum caricar. ping. cum radice foeniculi, etc. et melle.

Vrina fubfedit, albo aequabili fedito, febris nulla, lingua humida nitidior, dum tuffit, adhuc aliquis

in latere dolor, appetitus melior, aluum bis figuratam sanae similem deposuit. Dedi similia.

Dec. 8. Urina subsedit perfecte, quae heri emissa fuerat, nox paccata, appetitus melior, lingua humida, sputa magis albicant cocta; dum tussit, adhuc aliquis dolor in latere, pulsus bonus aequalis. Dedi gratum cardiacum.

9. Urina crassa, sedimentosa, febris nulla, dolor adhuc aliquis lateris, functiones redeunt. Dedi similia et empl. labdan. cum camph. lateri applicui.

10. Urina subsedit, febris nulla, appetitus bonus, somnus non ita bonus, dolor lateris fere evanuit, aluus respondet. Dedi mixt. cardiacam, sputa minuuntur.

11. Urina sana, functiones redeunt, perrexi.

13. Urina sana, pulsus, respiratio bona, aliquid in latere sentit. Dedi infusum feminum calidorum, cum cort. sassafra et reliqui.

### *Morbilli.*

Dec. 6. 3<sup>I</sup>/<sub>2</sub> annorum rachiticus antea et Amstelod. male curatus a febre intermittente languerat diu, nunc per aliquot menses alacriter se habuerat, a 1 Decemb. quotidie post meridiem (vt dicunt) incepit febricitare, mane alacris scholam adibat, die 3 post meridiem inveni febricitantem, morbillos prodeuntes, heri oculi clausi erant, rubebant satis discretae pustulae in facie, tussiebat, hac nocte dixerunt semel leuiter conuulsam fuisse, hodie mane iacebat somnolentus, febris intensa, respiratio impedita quasi et cum quodam stertore, bal-

nea, epispastica, clyfina, decoct. gram. cum nitro dedi, antea similia fuaseram, sed balnea pedum neglexerant.

Vespero parum melius habebat se, sed tamen febris intensa erat, oppressum adhuc pectus. Dedi dr. ij. diacod.

7. Clyfina adhuc hac nocte applicatum fuit, periit hora sexta.

### *Pleuritis.*

Dec.  $\frac{14}{1}$ . Annorum 21 heri ira motus fuit valida, dormiuit tamen bene hac nocte, hodie mane hora 7 sensit se aegrotare. toto corpore dolere. vomuit: vesperi linguam inueni albam mucosam, febrim nullam, respirationem bonam, sed in profunda inspiratione aliquem dolorem in pectore dextro sed leuissimum sensit.

$\frac{15}{2}$ . Nox incommoda, tussis, et dum tussit dolorem in pectore dextro sentit: febris cum pulsu non pleno: nec multum sanguinei habitus erat, Baccho tamen et Veneri satis indulgens, vrina crassa turbida, diuulsum quasi sedimentum habebat, vel potius particulas diuulfas innatantes, lingua vt heri. Dedi decoct. caric. ping. rad. gramin. scorzon. cum nitro et syr. althaeae, balnea pedum.

Vrina calida adhuc, nubeculam habet, tussit adhuc cum dolore et oppressione pectoris, fomentum continuandum iussi, V. S. ad vnc. viij. et dedi nitrum cum syr. alth. fl. rhoad. aq. samb.



$\frac{16}{7}$ . Sanguis crassus, vix quid feri habet: pulsus plenior febrilis modice, minus tussit, respirat liberius, lingua humidior, sudor profusus toto corpore, aluus stricta a 12 Decemb. clystima, balnea pedum, decoctum simile.

Clystima copiosas feces eduxit cum leuamine, febris vt manet, perrexi.

$\frac{17}{4}$ . Vrina turbida, dolor versus vltimum limbum costarum in pectore dextro descendit, sputa dicit se copiosa eduxisse, quae non vidi, respiratio adhuc impedita, pulsus satis aequalis, non nimis plenus, nec ita durus, dolor vtcumque maior. Dedi dr. iij. nitri cum vnc. ij. syr. alth. vnc. j. syr. fl. rhoead. aq. samb.  $\mathbb{L}$   $\beta$ . et decoct. malu. alth. etc. glycyrrh. rad. foenic.

Vesperi: calor 100 grad. febris aucta, respiratio impeditior diductis narium pinnis, lingua siccior fusca, sputa varia, alba, rubra, sincera, fusca, glutinosa, vrina rubra foetida: epispastica, et emuls. diacod. et V. S.

$\frac{18}{5}$ . Nox commoda satis; respiratio vt heri vesperi, sputa rubra sincera, vrina foetida turbida, lingua vt heri sed parum humidior, sanguis crassam crustam phlogisticam habebat, calor 98 grad. aluum non deposuit, febris satis intensa cum pulsu aequabili, Cl. Boerh. periculum monuit, probauit, quae facta fuerant, iussit lac ebutyratum cum auena coctum cribro pressum addito vitello oui pro victu, balnea pedum, potum tenuem, et praescripsit:  $\mathcal{R}$ . aq. meliss. cort. citr. ana vnc. iij. syr. succ. citr. vnc. j. syr. fl. viol. vnc. i.  $\beta$ . omni  $\frac{1}{2}$  horae vnc.  $\beta$ . superbibendo vnc. ij. sequentis decocti:

$\mathcal{R}$ .

℞. rad. bardan. gram. scorzon. sifar. german. ana vnc. ij. decoctis per horam adde rutae recent. vnc. ij. digere feruide per  $\frac{1}{4}$  horae, colat. ℥ j. adde fyr. diacod. vnc. ij.

Vesperis: calor 96 grad. pulsus fatis bonus, respiratio parum melior, sputa vt ante, lingua fusca parum ficcior, perrexi in iisdem, et dedi omni bihorio vnum puluerem. ℞. stib. diaph. non abl. dr. j. nitri, dr. jβ. f. pulu. numero vj.

Dec. 19. Somni interrupti, cum terrore euigilauit, pulsus bonus, respiratio parum melior, lingua parum humidior, vrina adhuc turbida, calor 96 grad. leue stillidium narium, iussit Cl. Boerh. dari eadem.

Pulsus bonus, aequabilis, tota cutis aequaliter madida, rore humido, lingua et fauces magis humidae, aluus post clysmata stricta fuit, phantasmata quaedam in somno videt. Dedi epispastica pedibus applicanda.

20. Nox comoda, respiratio melior, pulsus melior adhuc, aluus stricta, leuis sudor aequalis toto corpore, lingua et fauces humidae magis, sputa cocta quasi purulenta, Cl. Boerh. praescripsit ℞. crem. tart. dr. vj. lap. prun. dr. iij. tamarind. vnc. iv. decoct.  $\frac{1}{2}$  hor. in f. q. aq. communis, adde colat. ℥ ij. fyr. fl. violar. vnc. ij. vnc. j. omni hora donec purgetur.

Vesperis: vrina tenuis sanae similis, tussit, sputa pauciora, respiratio parum breuior, non deposuit aluum, lingua et fauces humidae. Dedi gratum emuls. leuiter diacodiatum.

21. Aluum non deposuit, nox satis comoda, dormiuit bene, lingua vt heri, vnc. jβ. circiter sanguinis

de naribus emisit, respiratio modica, dum profunde respirat, tussit sputa pauca, vrina vt heri vesperi, pulsus vix febrilis, Cl. Boerh. praescripserat pulp. tamarind. vnc. i.  $\beta$ . creni. tart. dr. vj. lap. prun. dr. ij. syr. fl. viol. q. f. v. f. conditum, superbibendo decoct. aperiens: tamen nouern aluum deposuit, vrina vt ante, dolor in parte musculosa abdominis ad minimum motum corporis.

Dec.  $\frac{22}{9}$ . Nox infomnis, ad minimum motum respiratio impedita, sputa pauca, pulsus debilis, dolor ille in parte musculari abdominis minor, lingua humidior, apyrexia, vrina vt ante. Cl. Boerh. clyisma iusserat applicandum, sed motum corporis ferré non poterat minimum prae doloris immanitate, quae nunc humeros, nunc latera, nunc dorsum imprimis occupat, sic vt eiulet prae doloris immanitate. Dedi decoct. rad. foenic. sisari german. glycyrrh. superbibendo ol. amygd. dulc. cum melle et vitello oui: manus frigent, facies sudans, anxietas immanis, respiratio breuissima.

Post tres horas parum melius se habebat, iussi clyisma applicari, quod aluum subduxit, respiratio parum melior, pulsus plenior, clyisma aluum subduxit, dolor minor. Dedi decoct. rad. bardan. chinae, scorzon. cum nitro et syr.  $\zeta$  rad. et linctum ex ol. amygd. dulc. vitell. oui, melle, sic vt omni  $\frac{1}{2}$  hora sumat dr. ij. linctus, superbibendo vnc. ij. decocti.

$\frac{23}{10}$ . Nox inquieta fuit, cum terrore euigilat, dum quietus iacet, satis placide respirat, sed ad loquelam, vel minimum motum anhelat, vrina sanae similis, aluum non deposuit, lingua modice humida, pulsus satis  
 bonus.

bonus. Clyfma iterum applicari iuffit Cl. Boerh. quod ingentem copiam focculentae materiae eduxit cum leuamine, et praefcripfit, ℞. ferp. virg. dr. j. lap. prunell. dr. j. infund. feruide in ℥. β. aq. rutae et diacod. vnc. j. fup̄erbibendo vnc. ij. decoct. heri praefcripti.

Vefperi: respiratio vt ante, vrina vt ante, perrexi.

Dec.  $\frac{24}{11}$ . Nox commoda fuit, dormiuit fatis placide, ad minimum motum respiratio impedita, pulfus fatis bonus, non febrilis multum, fudor profufus, lingua nigra, et fauces parum magis ficcae, circa vltimum limbum coftarum fpuriarum lateris finiftri dolorem fentit furfum vergentem, ad minimum motum acerbatum, fomentum ibi applicari iuffi: dedit Cl. Boerh. mixt. ex rob ribef. diamor. ana vnc. j. β. fp. fulp. per camp. gtt. xv. aq. meliff. ℥. j. β. omni hora vnc. j. vrina vt ante.

Vefperi modice fe habebat.

$\frac{25}{12}$ . Nox commoda, aluum non depofuit, fed tenefmum deponendi aluum fentit, lingua vt heri fere, vrina fimilis fanae cum nubecula, Cl. Boerh. aliquid morbillofi, vel variolofi fufpicabatur, iuffit continuari in vfu eorundem, vefperi melius fe habebat, et circiter vnc. v. fanguinis emifit, aluum duram copiofam post clyfma fummo cum leuamine depofuit.

$\frac{26}{13}$ . Leuis narium haemorrhagia, lingua humidior, vrina crassa, turbida, aluum duram magna copia hodie mane depofuit, respiratio magis libera, pulfus melior. Dedi eadem.

Vefperi: vrina fubfedit albo aequali feditamento; actiones vitales bonae, perrexi.

Dec;

Dec.  $\frac{27}{14}$ . Somnus optimus, respiratio et pulsus bona, appetitus melior, lingua nigra, vrina subsedit, tenesimum sentit deponendi aluum. Cl. Boerh. in iisdem pergendum iussit, aluum deposuit cum leuamine, appetitus bonus.

$\frac{28}{15}$ . Nox bona, vrina subsedit perfecte, actiones vitales bonae. Dedi eadem.

$\frac{29}{16}$ . Omnia vt ante.

$\frac{30}{17}$ . Cl. Boerh. consuluit nihil fumere, sed nutrire corpus, heri aluum deposuit duram, omnia bona sunt. Conualuit.

### *Cephalalgia.*

Dec. 15. Pleni et satis sanguinei habitus, V. S. quam quotannis solebat verno tempore instituire, hoc anno neglexerat, die 13 incepit immanem capitis dolorem pati, heri sumserat pillulas purgantes suo consilio, quae aluum non mouerunt, aluus adhuc stricta, pulsus debilis non febrilis, lingua sordida, flaua: facies non adeo rubet, balnea pedum, oxycratum fronti, decoct. tamarind. rad. gram. scorzon. cum vnc. ij. syr. ros. cum sena dedi.

16. Lingua vt heri, vrina crassa flauescens cum sedimento carneo, febris nulla, sitis magna, decies aluum deposuit nigram, tamen caput aequè dolet ac ante, iussi V. S. ad vnc. x. et dedi mixt. ex rob ribes. samb. sp. nitri dulc. sale polychresto.

17. Aluum non deposuit, vrina ruberrima, dum mingitur, sedimentum diuulsum carnei caloris demittit, oculi

oculi parum flauescunt, post meridiem fitis augetur, lingua obsita adhuc, dolor capitis leuatus a V. S. sed paulo post auctus, iterum, sanguis aliquid phlogistici habet. Dedi decoct. tamarind. gram. rob ribes. etc. balnea pedum, etsi dolor vesperi non remitteret, iussi applicandas cucurbitas nuchae.

Dec. 18. Vrina flammea subturbita, leuamen maximum a cucurbitis, hinc nocte se bene habebat, sed dum panes hodie mane clibano immittebat, dolor iterum augebatur immaniter, febris nulla, lingua nitidior, appetitus deficit, fitis maior. Dedi sal. polychr. rob samb. ribes. etc.

19. Dolor heri immaniter auctus, post cucurbitas applicatas cessauit illico, bene dormiuit, vrina sedimentosa vt ante, lingua fordida, oculi parum flauis, dolor tempora, radicem nasi, oculos occupat. Dedi syr. rhei vnc. ij. sal. polychr. dr. j $\beta$  aq. cichor. vnc. x.

20. Hodie mane aluum deposuit, vrina vt ante, pulsus debilis, lingua humidior, dolor minor, tamen molestus. Dedi pulp. tamarind. cum crem. tartar.

21. Vrina rubra, oculi adhuc flauis, febris nulla, aluus stricta. Dedi sal. polychr. dr. ij. syr. ros. c. fenna vnc. ij. aq. cichor. vnc. viij.

22. Vrina rubra, oculi flauis, dolor minor. Dedi similia, aluum semel deposuit.

23. Vrina rubra, dolor longe minor, oculi minus flauis, 4 aluum deposuerat. Dedi condit. ex pulp. tamar. sal. polychr. tart. vitriol. crem. tart.

Dec. 28. Oculi adhuc flauent, caput non dolet, languet tamen. Dedi vitriol. Mart. dr. j $\beta$ . crem. tart. dr. vj. sal. polychr. dr. iij. omni trihor. dr.  $\beta$ .

31. Aluum fuscum, glutinis instar cum leuamine deposuit, oculi minus flauent, iussi eundem fumere puluerem.

### Morbilli.

Dec. 18. Annorum 25. vegetus et robustus, per tri-  
duum dolorem capitis, ciborum fastidium, lassitudinem  
fenserat, caeteroquin quotidie exierat, inueni circa me-  
ridiem leuiter febricitantem, tussientem, morbillos fa-  
ciem occupantes. Dedi decoct. tamarind. gram. etc.  
balnea pedum, epispastica, vesperi diacodiatum, victum  
ex lacte, cerealibus, etc.

19. Nox satis quieta, truncum etiam occupant, tuf-  
fis, fitis, febricula, perrexi, aluum deposuit.

20. Nox non ita commoda, vox magis rauca, fe-  
bricula, lingua satis nitida. Dedi eadem.

Vesperi dolet verticis cutis ad attactum, febricula,  
dolet caput, tussis minor, respiratio bona, perrexi in  
iisdem. Dedi leue diacodiatum.

21. Nox incommoda, facies tumet, rubet, copiosis-  
simi prodierunt morbilli, sic vt facies et tota cutis exter-  
na corporis penitus fere tecta sint, aluus stricta, febris  
maior, fauces internae morbillis obsidentur, vox rauca,  
respiratio tamen bona, mens constat, lingua siccior, tuf-  
sicula, dolor capitis. Dedi clystima et magnum decoctum

antiphlogisticum cum rad. gram. scorzon. tamarind. nitro, etc. balnea pedum.

Cl. Boerh. consultus laudauit consilium, et iussit omni bihorio dosin pulu. ℞. fl. sulph. dr. j. pulu. comit. Kent. gr. xx. slib. diaph. gr. xv. m. f. pulu. N. vj. superbibendo vnc. j. sequentis. ℞. aq. meliss. vnc. viij. syr. succ. citri vnc. i℞.

Ter aluum deposuit, febris modica, lingua modico humida, vox rauca, horripilationes vagas sensit, semel vomuit, sanguis de naribus pauca stillauit copia, dolor capitis minor. Balnea, epispast. emuls. diacodiat.

Dec. 22. Nox incommoda, febris modica, vomuit, doluit guttur, facies detumescit, respiratio bona, lactici-  
nia abhorret, non sumsit emulsum, omnia in faucibus appa-  
rent inflammata: Cl. Boerh. praescripsit ℞. C. C. vnc. j. rad. sarsapar. chinae, fisci germ. ana vnc. iij. decoctis per horam in s. q. aq. communis adde sem. contus. celeri dr. vj. glycyrrh. vnc. j℞. ebull. per momentum, dein colat. ℥ iv. exhibe: sic vt omni hora fumeret vnc. ij. calide, sed ab hoc decocto molestiam in faucibus sentiens illud respuit, phantasmata leuia videt, facies rubra, tussis, vox rauca, pulsus non multum febrilis, respiratio bona, addidi decocto vnc. ij. syr. alth. iussi balnea pedum, et dedi diacodiatum.

23. Nox insomnis fuit, pacata tamen, stillicidium narium, vox rauca, fauces asperae, febris modica, respiratio bona, tussis, morbilli incipiunt minui. Cl. B. pergendum iussit in vsu decocti, et praescripsit ad coluendas  
luendas



luendas fauces. ℞. syr. fl. viol. vnc. j. sp. sulph. per camp. gtt. viij. aq. meliss. ℥ β.

Vesperi bene se habebat, sedens in sedili, vox rauca adhuc. Dedi diacodiatum.

Dec. 24. Dormiuit modice, apyrexia, vlcuscula linguam in latere occupant alba, morbilli minuuntur sensim et euanescent, vox adhuc rauca, respiratio bona, alvum non deposuit, Cl. B. dedit rob ribes. diamor. ana vnc. j. aq. cort. citri, saluiae ana vnc. j. sp. sulph. per camp. gtt. xv. aq. meliss. vnc. x. syr. fl. violar. dr. vj. vt subinde fumeret vnc β, et pergeret in vsu decocti.

25. Non multum dormiuit, febris nulla, morbilli euanescent. Dedi eadem.

26. Nox modica, vrina subsedit lateritio sedimento, vox rauca. Dedi eadem.

27. Somnus melior, vrina vt ante, vox minus rauca. Cl. B. dedit similia, et concessit carniū vsū.

28. Ne-vestigium morbillorum apparet, nec cuticula rupta, omnia bona. Conualuit.

---

*Constitutio anni 1735.*


---

*Haemoptoe.*

Febr. 1. **I**uuenis 20 annorum tenerae fabricae, longi colli, scapulas habens pterygoides ante annum leuem passus fuerat haemoptoen, conquestus fuerat de dolore quodam pectoris, et quod sputa quaedam caerulea et nigricantia educeret, suaseram illi tunc pillulas ex Mastiche, sarcocoll. myrrh. terebinth. superbibendo decoct. largum 5 rad. cum glycyrrh. die 28 Ian. se inclinans humi, incidit in haemoptoen, V. S. et dedi decoct. plantag. consolidae, etc. et diacodiatum vt tussim compeferem: perrexit subinde sanguinem spuere, dolorem cum sensu dilacerationis in pectore sentiebat, die 30 consultus Cl. B. iussit V. S. repetendam ad vnc. v. in vsu horum pergendum esse, pro victu lac cum pane, pro potu lac triplo aquae dilutum, decoctum pedum vitulinorum subinde sumendum, et omni trihorio vnc. ij. huius emulsi: ℞. sem. papau. albi dr. vj. sem. plantag. vnc. ij. sem. cydon. dr. β. emulge f. a. colat. vnc. xv. adde diacod. dr. vj. sanguis eductus die 30 Ian. acer et igneus videbatur Cl. B. heri febricitauit tota die, et adhuc sanguinem exspuit, sed parua copia simul, molestus erat calor, et dolor tensius oculorum, aluum heri semel deposuit, quae per triduum stricta fuerat, hodie vix febricitat, calor aequabilis, ad extrema vsque sentit grauitatem in pectore, ac si sanguis coagulatus ibi haereret.

Cl.

Cl. B. per biduum pergendum esse eodem modo iussit, mittendum sanguinem die 4 Febr iterum.

Febr. 2. Sanguinem adhuc coagulatum parum exspuit. Dedi eadem.

3. Vrina sana, pulsus aequalis non febrilis, calor ad extrema vsque, sanguinis coagulati pauculum exspuit, dolorem circa medium pectus habet. V. S. dedi similem linctum ex ol. amygd. etc. hora quarta vocatus subito, dixerunt delirasse, inueni apoplecticum penitus, periit hora 10 vespertina.

*In cadauere haec vidi.*

Febr. 7. Aperto abdomine totum omentum ad dextrum latus abdominis retractum erat, hepar pallidius solito, vesicula fellis rauca et collapsa.

Colon miro locatum modo: pars eius, cui inferitur ileon, profunde in pelui haerebat, dein assurgens distentum hinc inde, compressum alibi secundum hepatis simbriam oblique decurrebat, dein toti incumbebat ventriculo, illum tegens omnino, et illa pars, quae secundum lienem pergens sub intestinis tenuibus solet occultari, nunc in medio abdomine super illis ponebatur, et sigmoideo inflexu facto descendebat, vmbilici regionem occupans.

Lien, profunde fissus, satis bonae consistentiae, forte parum durior.

*Pectoris* vtraque cavitates aqua sanguinolenta plena. In dextro pectore pulmonis ala media sic ab omni parte pleurae accreuerat, vt pectus in duas cameras diuideret,

sic ut infimus lobus inter diaphragma et hunc lobum quasi in separata haereret camera, et ab omni parte concreuerat pulmo pleurae quasi fasciculis membranaceis emissis, qui distracti cellulosam membranam referebant, solus lobus inferior non concreuerat.

In sinistro pectore superior ala pulmonis accreuerat firmissime pleurae in parte superiori, et hinc inde scirrhusa apparebat, imprimis circa loca concretionis.

Pinguedo copiosa in basi pericardii, et illa parte diaphragmatis, cui incumbit, pericardium aqua sanguinolenta plenum, cordis dexter ventriculus pinguis apparebat totus.

*Cranium apertum* dedit vasa fanguinea durae et piae matris satis distenta, venas quasdam piae matris aere turgidas, inter dissecandum serra sanguis satis tenuis effluebat aliqua copia, dubito tamen an ex cauo cranii an non: dura mater parum laesa erat, cerebrum bonae consistentiae, nec in ventriculis ullam causam mortis inuenire potui, ullam lympham, sanguinem vel aliud quid.

### *Anxietas.*

Febr. I. Annorum 28 atrabilarius, fumo tabaci abutens, satis sanus adhuc heri vesperi subito anxietatem summam incepit pati, euomere omnia ingesta; inueni hodie post meridiem habentem pulsum debilem, respirationem bonam, anxietatem summam, credidi circa hepar haerere malum, clyisma dedi, et mixt. ex vnc. ij. mellis, mercurial. sal. polychr. dr. ij. aq. foenic. vnc. x.

Febr. 2. Pulsus adhuc debilis, nox incommoda, et anxia, dolor capitis magnus, facies cerea, oculi parum flavescent, vrina sedimentum lateritium mirum, funiculorum instar cohaerens habet. Dedi ℞. rad. recent. cichor. ℥ j̄ scorzon. ℥ β. bard. vnc. iv. ebull. in f. q. aq. communis per horam, colat. fortissime pressæ ℥ ij. adde sal. polychr. vnc. β. syr. cichor. c. rheo vnc. iij. tamarind. etc.

Vesperis: summam anxietatem habebat, pulsus debilis, clystima iussi, et vinum rhenanum cum succo citri et saccharo; theriacam ventriculo applicui.

3. Post clystima aluum deposuit cum leuamine, vrina crassa, turbida, anxietas minor. Dedi eadem, pulsus debilis.

Vesperis cum anxietas magna esset, et debilitas; dedi emuls. ex amygd. amar. dulcibus, oleo cinnamomi, etc. syr. diacod. dr. vj.

4. Nox modica fuit, sed caput valde doluit, vrina crassa, turbida, actiones vitales bonae. Dedi eadem.

Vesperis vrina crassa, sedimentosa, octies aluum deposuit flauam sed parca copia simul cum leuamine, dolet tamen caput et ceruix. Dedi idem emulsam ac heri vesperi.

5. Nox insomnis fere, vrina sanae similis cum nubecula, anxietas minor, dolor capitis et ceruicis vt ante. Dedi idem decoct. ac die 2 Februar.

6. Melius se habet in omnibus. Dedi sal. polychr. dr. ij. rob. ribes. samb. aq. meliss.

8. In omnibus se melius habet. Dedi pill. ex sa-pon. veneto, galbano, rheo etc. superbibendo mulsam, et reliqui.

*Peripneumonia et delirium.*

Febr. 23. Annorum 36. heri satis bene se habebat adhuc, sed tussi catharrofa, vt credebat, fatis diu laborauerat, vesperi heri dolorem magnum capitis et dorsi incepit pati, dum respirat vel tussit magnum dolorem in latere dextro versus inferiora prope lumbos sensit, vomuit bilem flauam copiosam, aluum olidissimam magna copia deposuit, instar fermenti cereuisiae, tussit, respiratio fatis molesta. Dedi decoctum 5 rad. cum oxymelle, etc. sapon. lixiuium pectori applicui, etc.

24. Vrina tenuis, flammea cum nubecula, facies pallida, strepitus in pulmone, dolor lateris minor, lingua sicca, pulsus debilis, modice febrilis. Dedi decoct. iuiubar. gramin. bardan. cum nitro et melle.

25. Pulsus vt heri, tussis ad minimum motum aucta, vrina vt heri, aluum saepe deposuit pauca copia simul, lingua alba vtcumque, ventris tormina, dum dormit, phantasmata videt, et subito euigilat, borborygmi. Dedi emulsum leuiter diacodiatum.

26. Bibit multum, hac nocte semel aluum deposuit, cutis aequabiliter mollis, calida, humida, facies pallida, oculi truces, vrina flammea, cruda, pulsus modice febrilis, vox rauca, aliquis strepitus in pectore, tamen adhuc bene respirat, sputa tenacia flauescencia, non dormiuit, leue delirium hac nocte, et brachiorum motus. Dedi decoct. auenae, rad. gramin. bardan. etc.

Vesperi omnia fere eadem, quia penitus insomnis erat. Dedi leue diacodiatum.

Febr.

Febr. 27. Delirauit pessime hac nocte, exire volens, pulsus bonus, lingua sicca, vrina flammea cum nubecula; aluum semel deposuit heri vesperi, iussi quietem, epispastica, et decoct. gramin. bardan. etc. cum ruta, sale prunellae.

Vesperi cum omnia eadem essent; dedi emuls. diacodiatum, sudauit fortiter, aluum deposuit saepe.

28. Hac nocte delirium fatis ferox fuit, tamen mihi respondebat per momentum fatis bene, floccos carpit, pulsus debilior, facies contracta, pallida, aluum deposuit. Dedi similia ac heri mane.

Vesperi: actiones vitales fatis bonae adhuc, lingua parum humidior, delirium fatis ferox fuit, aluum deposuit in lecto, floccos carpit, me loquentem nouit, et respondet ad interrogata. Dedi dr. j. salis C. C. vino rhenano dilutam vt omni trihorio  $\frac{1}{4}$  sumeret, et emuls. vt heri vesperi.

Mart. 1. Sputum in lecto et vbique, delirauit fatis valide, vrinam et feces dimittit clam, vires minuuntur, pulsus tamen adhuc bonus, roganti linguam monstrabat, floccos carpit, sale C. C. noluit sumere, ius carniuum cum succo citri et decoctum panis dedi et simile decoctum ac heri.

Vesperi: aluum saepe deposuit, inueni dormientem fatis placide, dicunt ad mentem rediisse.

2. Hac nocte dormiuit modice, mens constat, vrina sanae similis cum nubecula, aluum flauam, tenuem vidi deposuisse, lingua humidior, hora 12 nocturna tremuit, pulsus, debilis vix febrilis, tussis valida, sputa vis-

cosa, tenacia, cruda, fastidit illud decoctum. Dedi pro victu similia, et linctum ex ol. amygd. vitello oui, syr. alth. diacod.

Mart. 3. Febris minor, pulsus bonus, lingua adhuc sordida, quater aluum deposuit, non dormiuit ob tussim molestant, sputa alba, cruda, tenacia. Dedi decoct. pectorale emolliens cum pauco diacodio.

4. Vrina crassa, flauescens, turbida, postea subsidens, pulsus fortior et melior, non febrilis, lingua nitida, sola tussis molesta est, sputa similia ac ante, aluum semel deposuit, magis sanae similem. Dedi syr. diacod. et aq. rhoead. superbibendo decoct. auen. passul. cum aq. et lacte.

5. Somnus modicus, vrina sana, appetitus melior, aluum deposuit satis naturalem. Dedi eadem.

7. Tussis sola molesta, pulsus bonus, sputa viscosa, appetitus modicus, aluum deposuit vt solet in sanitate, tunc semper ipsi laxa est. Dedi similia.

9. Omnia meliora, fastidit medicamenta, reliqui.

### *Apoplexia.*

Febr. 27. Annorum 60 ante 18 menses hemiplegiam passa fuerat, et sanata a me, hodie post meridiem hora tertia animo mota incepit subito sensum ac motum perdere, et dormire, inueni pulsum satis bonum, stertorem leuem V. S. et clystima iussi applicari; facies ad latus dextrum retrahebatur.

Sanguis summo cum impetu exsiliit, clystima feces eduxit copiosas vix olidas, vt dicunt, pulsus bonus vix febrilis,



febrilis, oscitat saepe, sinistram partem corporis mouet dextra immota, vesicatoria larga applicui, et dedi purg. ex pill. coch. gr. XL forma haustus,

Febr. 28.  $\frac{1}{2}$  purgantis cum difficultate deglutiuit, sensus expers iacet, et pars dextra immota manet, pulsus bonus. Dedi resid. purgantis, et vesicatoria suris applicui, et epispastica pedum plantis.

Tota pars sinistra paralytica apparet, oculum tamen dextrum aperit, sed non videt tamen hoc oculo, nihil deglutire potest, et brachium et crus sinistrum valde mouet, facies rubra tensa, febris cum pulsu duro pleno.

Mart. 1. Omnia eadem, sed pulsus bonus minus febrilis.

Vesperis febris fortior, oculos aperit tamen non videt, pars dextra paralytica, sinistra mouetur saepe.

2. Omnia eadem, pulsus minus febrilis.

3. Omnia eadem, vt heri.

4. Omnia eadem, sed vires vitales multum minutae, toto hoc tempore nihil nutrimenti assumerat. Perit.

### *Febris acutissima.*

Mart. 28. Annorum 31 valido satis labore victum quaerens die 26 adhuc sanus iuit cubitum, somnia terrificam vidit, mane surgens riguit, et incepit febricitare, dederant misero aliquoties guttas multas bals. sulph. cum sp. iuniperi, dixerunt huc vsque febricitasse, delirasse hinc inde, inueni vesperi hora 9 febriam acutam validam, dolorem capitis enormem, dolor et vtrumque cubitum occupabat, lingua ficcissima, calor vrens ad extrema vsque,

vsque, in dorso cubabat, facies sudoris guttas habebat, ad interrogata bene respondet, iussi V. S. epispastica, oxycratum fronti, decoct. auenae cum nitro, rob sambuci. Periit placida, vt dicunt, morte mane hora 6 die 29 Mart.

*Pleuritis ante et in puerperio.*

April.  $\frac{4}{2}$  Annorum 29 leucophlegmatica antea fuerat, nunc satis boni coloris, die 2 Aprilis vesperi inceperat horripilare, de nocte euigilans dolorem acutum in pectore dextro senserat, respirationem impredientem, vesperi infantem mortuum euixa fuit, et tunc sumsit mixt. ex lap. 69. syr. diacod. aq. rhoead. fomentum ex aq. lacte, sapon. veneto.

$\frac{3}{5}$  Mane inueni febricitantem valide, lochia cessant, dolorem acutum, V. S. et dedi summa antiphlogistica, et idem fomentum.

Sanguis crassam digiti instar crustam habebat phlogisticam, respiratio densa, sputa rubra amurcosa quasi, pulsus durus fortis, calor magnus, dolor lateris acer, lochia nulla fluunt, iussi iterum V. S. et mixt. cum vnc.  $\beta$ . nitri syr. alth. rhoead. superbibendo largum decoct. aperiens.

$\frac{6}{4}$  Sanguis crustam phlogisticam, sed tenuiorem habet, febris adhuc satis valida, lingua humida, tussis, sputa tenacia parum facilius prodeunt, vrina crassior album habebat intermixtum ac si lac vrinae miscueris, postea vrinam sanae similem cum nubecula reddidit, dolor parum minor, perrexi in iisdem.

Vesperi:

Vesperī: tussis valida, dolor auctus potius quam minutus, pulsus durus, celer, plenus, calor extremorum, lingua humida, sputa cruda, alba, tenacia. Dedi emulsum auenaceum cum diacodii pauxillo, iussi V. S. ad vnc. v.

April. 7. Sanguis non habet crustam phlogisticam, dormiuit modice hac nocte, respiratio melior, dolor minor, lingua humida, vrina colorata vt sana, sedimentum rotundum, bullatum habet, pulsus celer febrilis, minus durus, tussis, sputa pauca, bis aluum deposuit, lochia aliqua. Dedi vnc. ℞. nitri cum rob samb. syr. rhoad. superbibendo decoct. inagnum aperiens cum rad. foeniculi, etc.

Vesperī: alta voce non loquitur amplius, sentit totum corpus graue, respiratio adhuc impedita, lingua fusca, humida tamen, pulsus celer, febrilis non ita plenus, calor ad extrema vsque, vrinam non vidi, lochia aliqua fluunt, sputa cruda, iussi pergendum, et dedi vnc. j. diacod. binis vicibus sumendum.

8. Nox non ita comoda, leuamen a diacodiatō, vox vt heri, respiratio impedita, dolor lateris vix multus, lingua et fauces satis humidae, sed lingua in medio nigra, lochia fluunt, pulsus celer febrilis, caput dolet acriter, iussi epispastica, oxycratum fronti applicari. Dedi linct. ex ol. amygd. dulc. vitell. oui, melle, superbibendo largum decoct. ficuum rad. bardan. gramin. etc. cum nitro, etc.

Vesperī: febris aucta, respiratio impedita, lingua vt mane. Dedi eadem, et omni quadrihorio tria grana Kermes mineralis.

Apr. 7. Respiratio cita, aponia, febris aucta valde, subsultus tendinum, oris aliquando distortio, palpitat, floccos carpit, perit hora 12 meridiana.

*Febris acuta continua.*

Apr. 24. Annorum 22 sanguineae temperiei, sanguinis sputo obnoxius die 19 me consuluit leuiter febricitans, et aliquid sanguinis exspuens, iussi V. S. et decocta plantag. pentaphylli, etc. sequenti die inueni febricitantem continuo capite dolentem, siticulosum, urinam flammeam: decoct. tamarind. dedi, balnea pedum, oxycratum capiti, postea incepit quaeuis ingesta euomere, febris erat continua homotonos fere, calor satis mordax, ob haemoptoen, non dedi vomitorium, sed conatus fui diluentibus acidulis, epithemate ventriculo appposito, vesperi leuibus diacodiatis, hoc compefcere, sed frustra, vrina adhuc hodie mansit flammea, febris satis intensa, vomitus vt ante, lingua sicca flauescens, amara uomuit, et in ilio sinistro aliquem dolorem sentit, clystina 22 applicui, quod feces olidas cum leuamine eduxerat, sitis magna.

25. Nox incommoda, febris vt heri, vomit omnia, lingua sicca aspera, iussi clysmate aluum elui et deinde omni trihorio ℞ β. lactis aqua diluti iniiciendum.

Vesperi: anxietas magna, respiratio molestior, tormina circa ilium dextrum, hypochondria ad attactum calida, lingua humidior, ter clystina iniectum fuit tale et retentum. Dedi decoct. auenae cum succo citri, syr. ll. viol.

viol. nitro et epithema ex aceto rutae, aq. rutae, infusis cum cort. citri et recenti ruta.

Apr. 26. Nox incommoda, febris continua, tormina ventris, euomit omnia adhuc, lingua sordida nigricans. Dedi clystina ex aceto vnc. j. syr. diacod. vnc. j/β. laud. liq. gtt. xx. in meridie febris aucta, lingua ficcior, minus vomit, phantasmata oculis obuersantur, iussi decoct. auenae vt heri.

Vesperis: borborygmi, febris intensa, ficcitas linguae, mens constat, non vomuit, vrina rubra, cruda, aluum non deposuit, dolor ventris. Dedi emulsum auenaceum, ructus adsunt, manus et pedes iussi saepe immergi balneo aquae et lactis.

27. Nox commodior, dormiuit parum, pulsus celer, minus fortis, lingua parum humidior, respiratio melior, borborygmi dolor lumborum, et in addomine sentit quasi circumrotationem omnium viscerum, emulsum fallidit, et euomit, reliqua retinuit. Dedi spirit. sulph. per camp. cum nitro in potu, communia balnea continuaui, vrina emissa post horam crassam nubem habebat, quae sensum subsedit, in meridie, pulsus et lingua vt ante, respiratio bona, miros motus in abdomine sentit.

Vesperis: vrina diuulsum nubeculosum per totam vrinae molem dispersum habet, pulsus celer, febrilis, lingua sicca, respiratio bona, leuis lipothymia, nil assumpsit nisi aquam spadanam et succum citri. Dedi syr. fl. viol. rub. aq. citri, nitrum, sp. sulph. superbibendo decoct. auenae.

Apr. 28. Nox commodior, febris parum minor, respiratio bona, lingua sicca valde, medicamentum sumfit fere nullum, fastidians, sed ingentem copiam tenuis liquidi et decocti auenae potauit, nec vomuit, vrina vt heri, perrexi.

Vesperis: febris auctior, aluus stricta adhuc, lingua sicca, iactatio, perrexi, vrina similis foetidula.

29. Nox modica, febris parum minor, lingua admodum sicca, mens constat, vrina vt heri fere, respiratio bona, aluus stricta. Dedi clyfma ex oxym. simpl. nitro, aq. hord. et mixt. ex rob ribes. samb. nitro, sp. niri dulc. aq. citri, superbibendo decoct. auenae, et aliquid dedi iuris carniū cum oryza.

Clyfma bonum effectum fecit, et feces olidas eduxit, vrina sine illo nubeculoso, spumosa, minus foetida non tam profunde colorata, lingua humidior, pulsus celerior, vndosus parum, perrexi in similibus.

30. Nox modica, tamen non multum dormiuit, pulsus celer vndosus, perturbatus, semel aluum nigram olidissimam deposuit, lingua humidior, respiratio bona. Dedi similia cum tinct. cinnamomi et vinum rhenanum cum cinnamomo et cort. citri.

Vesperis: vrina nubeculosum quid habet, pulsus celer, debilitas aucta, habitus proiectus, lingua siccior, aluum ter olidam deposuit nigram. Dedi gratum emulsum cum diacod. tinct. cinnamomi.

Mai. 1. Nox satis molesta, non dormiuit, aluum non deposuit, pulsus celer, paruus, lingua valde sicca, respiratio breuior, debilitas magna, vrina vt heri, facies contracta

tracta dentes fordidi. Dedi gratum cardiacum, superbibendo decoctum panis cum succo citri.

In meridie omnia peiora, facies magis contracta, genae liuescunt.

Vesperis: vrina foetida valde, febris acris, pulsus debilis, lingua valde sicca, delirium hinc inde, dicit se omnia duplicia videre obiecta, calor ad extrema usque. Dedi mixt. ex sp. nitri dulc. rob ribes. diamor. Nicol. etc.

Mai 2. Aphonos, pulsus debilis intermittens, aluum hac nocte saepies deposuit olidissimam, periit hodie mane circa decinam.

### *Febris continua.*

Mai. 3. Puella 16 annorum die 30 Aprilis incepit aegrotare, et febrim continuam habere cum magno capitis dolore anxietate, lingua flava fordida, fatis videbatur plethorica, heri iussi venam secari, et dedi gr. xx. ipecac. inde fatis bene vomuit, aluo euacuauit olentem flauam materiam, vrinam non vidi, febris perguit, lac ebutyratum appetit. Dedi sp. sulph. per camp. rob samb. nitrum, aq. samb. balnea pedum.

4. Vrina sanae similis, febris longe minor, melius se habet in omnibus, perrexi.

5. Apyrexia, appetitus rediit, sed dolor quasi rheumaticus vtramque manum obsidet.

7. In omnibus bene se habet, sed dolor vtramque manum obsidet, sed minor, qui post aliquot dies sensum minutus penitus euanuit.

*Febris continua.*

Mai. 6. Iuuenis 18 annorum die 4 incepit febricitare cum iisdem symptomatibus vt soror eius histor. praeced. Dedi heri gr. xx. ipecac. vnde bilem vomuit, et flauam olidissimam materiem aluo excreuit, conqueritur de dolore mordicante circa cardiacam, pulsus debilis febrilis. Dedi rob samb. ribes. sp. sulph. aq. melissae.

7. Dolor circa praecordia mordicans, cephalalgia, dolor crurum, pulsus debilis, febrilis. Dedi crem. tart. cum sale polychr. forma pulu. repetitis dosibus.

8. Mordicatio, et dolor circa praecordia idem, aluum flauam foetidam deposuit, non dormiuit, fitis magna, dolor crurum, dolor capitis per interualla vexat. Dedi mixt. ex sp. nitri dulc. syr. papau. alb. rob samb. ribes.

9. Quieuit bene hac nocte, heri 4 aluum deposuit, apyrexia, dolor cardiacae et crurum longe minor, iussi pergere.

10. Conualuit.

*Arthritis ischiadica.*

Mai. 7. 48 annorum per plurimos annos cardiacam saeuam passa; nunc per binos annos libera ab hoc malo, tunc temporis iam in femore dextro aliquem dolorem hinc inde passa fuit, nunc ante triduum dolorem magnum totum femur nates ad digitos vsque occupantem sensit sine febre, vesicat. applicui, decoct. bardan. rad. leuistici dedi.

Vesperis:



Vesperī: febris nulla, dolor magnus, nullum leuamen. Dedi haustum diacodiat.

Mai. 8. Aqua flaua maxima copia effluxit ex vesica a cantharidibus excitata, apyrexia, dormiuit bene, caput dolet, dolor minor in crure, sed ad motum impotentia, dum profunde respirat, in hypochondrio sinistro aliquem dolorem sentit, vrinam non vidi. Dedi idem decoctum.

Vesperī: dolor auctus post meridiem, febris nulla, alterum crus incipit parum dolere. Dedi emulsum diacodiatum.

9. Melius se habuit de nocte, sed iam caput dolet, febris nulla, iussi pergere in vsu decocti hesterni.

Vesperī: vrina flammīea, febris nulla, dolor minor, nisi in loco vbi vesicatorium haesit, crus vix mouere potest, post 6 horam dolor auctus. Dedi idem emuls. vt ante.

10. Nox commoda, febris nulla, aluus stricta, caput dolet, vrina sedimentum habet lateritium copiosum. Dedi decoct. bardan. rad. gramin. cum rad. foeniculi.

Vesperī: dolor minor, vrina vt mane. Perrexi.

11. Pulsus bonus non febrilis, bene dormiuit, reliqua bona. Dedi idem decoctum, vrina subsedit vt heri.

12. In crure impotentiam ad motum sentit, et frigus, vrina sana, febris nulla, bene dormiuit. Dedi sp. antiscorb. cum syr. 5 rad. aq. cort. citri.

13. Ambulare potest, reliqui.

21. Adhuc de dolore totius dimidii lateris conque-  
ritur. Dedi pill. ex sap. veneto et galbano, superbi-  
bendo infus. cochlear. cum aq. et lacte.

*Icterus.*

Mai. 17. Annorum 34 circiter per aliquot dies lassitudines fenserat, anxietatem aliquam circa praecordia, apositiam, deinde color flauus sensim auctus totam corporis cutim occupabat, cum vrina profundissime flaua, sine febre; per binos menses credit se grauidam, esse. Dedi fortissimum taraxaci, cichor. gram. decoctum cum sale polychr. syr. cichor. c. rheo.

19. Anxietas maior parum, deposuit aluum griseum in fundo subsidente flaua, spissa, materiae, iussi pergere.

21. Febris nulla, flauedo aucta, aluum similem deposuit, et dum deponit aluum, sentit validam constrictionem circa praecordia. Dedi ℞. vitriol. ♂. dr. β. sal. polychr. dr. iij. syr. cich. c. rheo vnc. ij. aq. rutae vnc. vij. omni trihor. vnc. β. et omni hora vnc. j. decocti ℞. 5. rad. vnc. jβ. recent. taraxac. fumar. ana ℥. j. decocti per.  $\frac{1}{4}$  horae, colat. ℥. ijβ. adde tart. vitriol. dr. ij. syr. 5 rad. vnc. ij.

23. Flauedo eadem vti et reliqua omnia, perrexi, sed omni bihorio vnc. β. mixt. iussi sumendam.

25. Anxietas adhuc, aluum minus deposuit sed eandem, color minus flauus, imprimis in facie, sed in collo flauescit adhuc, manus flauescunt minus, dum manducant, sentit anxietatem. Dedi eadem.

27. Vrina vix flauescit amplius, ab assumpto cibo angitur, in reliquis bene se habet, minus flauescit, aluum ter quotidie deponit. Dedi eadem.

Jun. 11. His vsa fenſim melius habuit. Dedi pilulas ex rheo, ſapon. veneto, galbano, ſuperbibendo ferum lactis cum melle.

*Contuſio capitis.*

Mai. 22. Iuuenis ſaniſſimus ſubito caput ad caminum allidit in dextri offis bregmatis media circiter parte, mox cadit aphonus, et maxillas ſpaſino valido clauſas habet, vocatus ſtatim inueni ad ſe rediſſe, conquerebatur de dolore non adeo in loco affecto, ſed verſus occiput prope locum vbi ſplenii etc. inferuntur. V. S. et fyr. roſ. c. ſenna, cum uitro, etc. dedi. Poſt horam circiter aphonus factus eſt, facies vultuoſa, oculi immobiles, poſt ad ſe rediit, nihil potui in capite inuenire.

23. Omni modo exanimatum caput, nullibi iudicia alicuius mali dedit, dum parum ſe erigere vult, vel caput mouere, aphonus fit, et manus leuiter conuelluntur, dum ad ſe redit, omnes cerebri functiones bonae ſunt, et tantum de dolore circa occiput conqueritur, V. S. iterum, decoct. tamarind. datūm fuit.

Veſperi: reſpiratio incommoda incipit fieri; pulſus valde debilis eſt, de dolore grauatiuo circa oculos conqueritur, et de dolore occipitis.

24. Saepe conuulſus fuit, facies vultuoſa, per intervallo ſine ſenſu et motu iacet, reſpiratio impedita ſaepe, pulſus debilis valde, nox incommoda, dum enim e ſomno euigilat, paulo poſt conuellitur, dolorem acutum ſentit ſub hypochondrio ſiniſtro, dolor capitis euanuit

fere, ius carniū, decoctum panis, p̄r̄ua quantitate simul sumfit, toto hoc tempore aluum semel depofuit.

Mai. 25. Per 11 horas dormiuit placidiffime, euigilans postea nihil mali sensit omnino, pulsus et respiratio optima, dolor capitis nullus.

26. In omnibus bene se habet.

*Febris erysipelatoſa.*

Mai 28. Annorum  $4\frac{1}{2}$  obesus puer die 26 incepit febricitare, febre sensim aucta heri vesperi fatis valida cum leui conuulsione: iussi heri vesperi clyſma, epispastica, mixt. ex sp. sulph. per camp. de dolore circa praecordia fuit conquestus. cum terroribus euigilauit, sudat, febris fortis hodie manet, palpebra sinistra tumet valde, et tota gena sinistra inflammata est, vrina crassa, turbida, foetida, iussi balnea pedum, decoct. tamarind. cum rob. samb. nitro et inf. fl. samb. cum nitro et aceto applicandum faciei.

Vesperi: melius se habet, aluum vix depofuit, sed tenesimum habuit, fatis fuit alacris, facies detumuit multum, medicamentum non assumfit.

29. Nox moleſta, haemorrhagia narium, detumuit gena, palpebra sola adhuc tumet, febris vix vlla, vomuit saepe, actiones vitales bonae, mens constat, non adeo tamen diſtincte loquitur, leuem habuit conuulsionem. Dedi clyſma et emulſum, an nocuit applicatio fomenti, intro recurrente eryſipelate.

Aluum depofuerat bene a clyſmate, melius se habet, perrexi.

Vesperi:

Vesperī: se melius habebat, perrexi.

Mai. 30. Nox satis commoda; facies detumuit, febris modica, respiratio bona, aluum non deposuit, sudat. Lingua sicca. Dedi simile emulsum.

Vesperī: vrina crassa, turbida, febris auctior, oculi dextri palpebra parum tumet, somnolentus stupidus iacet, circa praecordia conqueritur, iussi clystima, epispastica, et epithema ex ruta, pane, etc. scrobic. cordis applicandum.

31. Febris mitior, imo fere nulla, facies detumuit, oculos non aperit ob tumorem palpebrarum. Dedi mixt. similem ex sale polychr. fyr. fl. viol. rob samb. ribes. aq. melissae.

Conuulsus fuit leuiter, stupidus et hebes capite parum retrorsum flexo iacet; subinde quasi a summo dolore eiulat, et totum corpus torquet, aluum non deposuit, circa 3 pomerid. mente constitit, iussi epispastica, mixt. ex vnc. ij. fyr. cich. cum rheo, sal. polychr. dr. j. aq. cichor. vnc. iv. post trihorium clystima.

Iun. 1. Febris modica, vrina hēri emissa flaua, rubra, colorata valde, magnam copiam olidae materiae alvo deposuit, hebes iacet. Dedi sal. polychr. cum rob samb. fyr. viol. succ. citri, etc.

Vesperī: aluum aliquoties deposuit, hebes iacet cum iactatione membrorum, respiratio bona, nihil fere assumit. Dedi eadem.

2. Nox molesta, oculi caui, palpebris clausis, febris maior, iactatio brachiorum, nil assumit, perrexi.

Vesperis: penitus erat apoplecticus cum spuma et stertore, mouebat continuo brachium sinistrum: periit hora septima.

*Tumor et inflammatio testiculi.*

Iun. I. Annorum 40 bonae temperiei lauta diaeta vtens ante 14 dies incepit sine causa tumere epidydimis dextri testiculi, balneo vaporis exposui, frictionibus, accenso succino, etc. incepit sensim augeri tumor, dexter testiculus augeri mole, tumere funiculus spermaticus. Dedi purgans hydragogum. Cl. B. consuluit per 14 dies fumendum ℞. lap. prunell. dr. iβ. lap. 69. dr. iij. spermatic. ceti dr. v. 4 de die dr. j.

3. Pollutionem nocturnam habuit cum leuamine, et sentit dolorem tunc in funiculo spermatico prope epidydimidem.

11. Omnia fere eadem, Cl. B. omni trihorio vnc. β. sequentis dedit: ℞. lap. 69. dr. iv. lap. prunell. dr. ij. sp. carmin. vnc. j. aq. fl. rhoead. ℥. ij. m.

13. Hesternae nocte pollutus, doloris et tumoris augmentum habuit, hac nocte testis pius intumuit cum sensu ardoris, et scrotum postea parum detumuit, hodie mane adhuc cum scroto pugni magnitudinem superat, sine febre est, ad minimum motum dolor augetur per totum funiculum spermaticum ad lumbos vsque. Cl. B. iussit V. S. iacre dari hydragogum, sequens applicari fomentum, ℞. acetum samb. vnc. j. aq. samb. ℥. j. sal. gemm. dr. β. sp. matric. vnc. β.

Jun. 14. Heri vesperi dedi emulsum nitrosum cum vnc. j. diacod. tumor minutus et mollior, nec adeo ad attactum dolet, nisi circa epididymidem et funiculum spermaticum, dolet circa lumbos, febris nulla est, debilitas parum maior est.

Post meridiem tumor auctus et dolor recrudit. V. S. et forte purgans ex fol. fennae, agarico, tamarind. nitro.

15. Inde fortiter purgatus fuit, tumor minutus et dolor eo vsque vt iam ferat attactum, pulsus aequalis, tardus, debilior, somnus post dolorem innumum modicus fuit, melior fuisset, nisi purgans irritasset saepius.

Sanguis copioso sero dilutus tenuem crustam phlogisticam habebat. Cl. B. iussit dari iam aperientissima large, lenia tamen, quo obstacula vnda et fluxu remoueantur, hinc dedi largam copiam decoct. ex tamarind. gramin. bardan. scorzon. cum nitro et rob sambuci, fomenta iam iussi acuenda addito pluri aceto, vino, sale.

16. Pergit adhuc purgari, parum detumuit testis, vel saltem mollior est. Dedi similia ac heri.

Post meridiem pulsus parum auctior fuit celeritate non robore, circa horam quartam multum intumuerat, sed sine augmento doloris, applicui foment. ex ruta alliar. croco, aceto, vino, aqua, et dedi emulsum leuiter diacod.

17. Nox pacatissima, dolor lumborum omnis abest, testis mollior videtur, et detumuit parum, leuem attactum fert, aluum intra 18 horas non deposuit, iussi vt mollissima manu fricaret leuiter, et Cl. B. iussit nil mutandum vesperi. Dedi emulsum.

Iun. 18. Nox optima, borborygmos habet et flatus, aluum intra 24 horas non deposuit, tumor fere idem, dolor abest. Dedi fol. fennae, agar. tamarind. nitrum, syr. fennae. Inde bene purgatus. Dedi vesperi emulsum.

19. Fortiter purgatus inde, testis parum detumuit. Dedi decoct. rec. gram. taraxac. scorzon. cum syr. 5 rad. sale polychr. et idem fomentum.

20. Nox commoda fuit, nec dolor multus, sed tumor heri vesperi utcumque auctus fuit, circa locum ubi prima durities fuit, ibi durior apparet in reliqua parte, leuem attactum fert, et tunc ibi digito parum cedens, mox resurgit, pulsus tardus, aequalis, debilis. Cl. Boerh. nil mutandum censuit, perrexi in iisdem.

21. Parum minutus, et quasi mollior, sed imprimis elasticus quasi a latere externo, testis tumor, perrexi in iisdem.

22. Distincte fensi in parte inferiori tumoris testiculum induratum, superius tumorem mollem elasticum in tunica vaginali, perrexi in iisdem.

23. Omnia eadem, perrexi.

24. Omnia eadem, pollutus hac nocte: Cl. Boerh. iudicauit profutura mollissima decocta alth. malu. sem. lini.

25. Omnia eadem. Dedi talia decocta mollissima.

26. Tumor minuitur, perrexi.

27. Tumor minuitur, perrexi.

28. Tumor minuitur, perrexi; dixit Cl. Boerh. se nunquam similem casum vidisse.



Iun. 29. Tumor minuitur, sed in perinaeo excoriato dolens, iussi inungi vng. nutrit. popul. sed inde doluit acrius, postea dedi ol. amygd. vnc.  $\beta$ . ol. cerae gtt. xx.

30. Omnia meliora. Dedi purgans ex fol. fennae, agarico, etc.

Iul. 2. Cl. Boerh. mirabatur, dum videbat, testiculi duritiem sine causa manifesta: dedit omni hora vnc. j. huius  $\mathcal{R}$ . lap. 69. dr. vj. vini rhenani  $\mathcal{O}$  j. ebull. per  $\frac{1}{2}$  horae in phial. chem. iussit ter de die fricari et inungi  $\mathcal{R}$ . vng. nutriti, populei ana  $\mathcal{Z}$  j.

5. Cl. B. iussit nil sumendum interne, sed perfricandum et empl. meliloti, mucag. applicandum, post 14 dies multum minutus erat, iussit remouendum empl. nihil applicandum, victum moderatum.

Iun. 3. Annorum 33, die 31 incepit laborare febre continua cum dolore omnium artuum, vomitu, dolore capitis, febris modica, vrina fulua, lingua fordida, flaua, aluum nigram deposuit. Dedi leue vomitorium ex ipecac. et gratum acidum cardiacum.

4. Vomuit pituitosa, semel aluum nigram olidam deposuit; sitis magna, dolor capitis, febris auctior, vrina vt heri, lingua fordida, dolor crurum euanuit, non potest dormire, tussit, circa praecordia et in abdomine dolores obtusos sentit, ructus habet cum sapore maligno. Dedi decoct. acetos. tamarind. gram. cum rob samb. et  $\mathcal{R}$ . crem. tart. vnc.  $\beta$ . sal. polychr. dr. ij. tart. vitriol. dr.  $\beta$ . f. pulu. No. x. vesperi dolor capitis magnus, aluum non deposuit, cum plures noctes non dormiuit; dedi vnc. j. diacod.

Iun.

Iun. 5. Febris adhuc continua, dolor capitis minor, quam heri, semel aluum deposuit parca copia viridem, olidissimam, lingua adhuc fordida, summum leuamen a diacodiatō, et bene dormiuit, tussis minor, respiratio bona, anxietas illa circa praecordia minor. Dedi residuos tres pulueres, et pulpa[m] tamarind. cum rob. ribesf. samb. crem. tart.

6. Febris aucta, heri saepe vomuit, imprimis bilem aluo deposuit viridem, olidissimam materiam saepies; vrina fulua, lingua fordida, dolor et tensio in hypochondriis, dolor capitis, sitis magna, appetit nihil, victum ex acidis suasi, et dedi mixt. ex sp. nitri dulc. rob. ribesf. samb. aq. cinnamomi, sale polychr. aq. meliss.

7. Heri vesperi dedi diacodiatum: vrina sedimentum conglobatum habet, fulua, febris vt heri, cutis madida, lingua nigra adhuc, oculi parum flauescunt, novies aluum deposuit viridem olentem, dolor capitis minor, nox commoda, summum leuamen a diacodiatō. Dedi decoct. largum bardan. acetos. gramin.

8. Oculi flauescunt adhuc, febris vt heri, vrina fulua cum nubecula sursum ascendente, lingua sicca, aspera, nigrescens, nox molesta, heri tussis molesta fuit, sed hac nocte tussis minor, sitis parum minor, dolor capitis minor. Dedi similia et vesperi diacodiatum.

9. Febris aucta potius, cutis humida, vrina post b. horium iam habet nubeculam in medio haerentem, cum heri post 5 horas nubecula in summitate haereret, vrinam cum difficultate emisit, lingua sicca nigricans, tussit valide, nox non ita commoda, appetit lac ebutyratum, al-  
vum

vum bis parca copia deposuit. Dedi decoct. alth. malu. cum syr. alth. leuem habuit narium, haemorrhagiam ex nare dextra.

Vesperis: summas anxietates habuit cum tensione et inflatione hypochondrii dextri, vomuit saepissime, febris parum minor. Dedi emuls. leuiter diacodiatum, et epithema ex ruta, croco, aceto rutae, thériac. etc. leuis narium haemorrhagia ex nare dextra.

Jun. 10. Febris aucta, nox commodior, color ictericius oculorum et cutis, vrina enaeorema habet. Dedi decoct. taraxac. fumar. cum sale polychresto et melle; aliquoties aluum deposuit albam, satis quietus fuit, perrexi.

11. Urinam non vidi, vomuit, aluum deposuit, febris aucta, anxietas, flauedo magna, lingua parum nitidior, vomuit, aluum deposuit partim flauam, partim albam. Dedi idem decoctum ac heri, et vinum rhenanum cum melle et succo citri.

12. Heri vesperi febris parum minor, aluum deposuit bis, hac nocte modice se habuit, febris maior, quam heri vesperi, lingua sicca, calor ictericius vt ante, vrina tamen non multum ictericia, tussit hac nocte, fitis immanis. Dedi mixt. ex sale polychr. sp. nitri dulc. rob samb. ribes. etc. superbibendo serum lactis cum recent. taraxaco et fumaria coctum.

13. Heri aluum deposuit bis, fitis magna, nox commodior, febris vt ante, parum minus flauescit, falsidit illud serum lactis, tussit adhuc, anxius adhuc fuit. Dedi mixt. ex sale polychr. tart. vitriol. magna copia syr.

5 rad. sp. nitri dulcē, aq. fl. tiliae superbibendo serum lactis ebutyrati cum melle.

Iun. 14. Bis aluum deposuit albam grumofam, hinc inde flauedine interspersa, et vermē teretē mortuū, febris vt ante fere, nox commodior, flauedo minor, anxietas adhuc sed minor, vrina vix ictericia, sed leuiter quasi subrubeda cum nubecula in fundo. Dedi idē remediū, superbibendo serum lactis ebutyrati mellitum.

15. Quater aluum similem deposuit, tussit adhuc, non dormiuit, sitis adhuc magna est, febris vt ante, respiratio parum citatior, lingua vt heri, vrina vt heri. Dedi rob samb. vnc. iij. sal. polychr. dr. iij. tart. vitriol. dr. j. sp. nitri dulc. vnc. β. aq. meliss. ℥ j. superbibendo serum lactis ebutyrati mellitum.

16. Heri et hac nocte saepe dormiuit, vrina vt ante, feces nigras instar Caffē olidissimas demisit, virides postea cum leuamine quater: oculi adhuc flauescunt, tussis minor, sitis vt ante. Dedi eadem.

Vesperī: somnolentus tota die fuit, et stupidus, nec biberat, quamuis lingua sicca esset, balnea pedum et epileptica iussi.

17. Dormiuit tota fere nocte, lingua sicca adhuc, aliquis strepitus in pulmone, bis aluum deposuit fuscā, sincerā, olidissimā, pulsus aequē celer ac ante, sed debilior. Dedi mixt. ex sp. nitri dulc. tinct. cinnamomī diamor. Nicolai, etc. pro victu cremor. oryzae, cum iure carniū et succo citri.

18. Vrina minus colorata, febris minor, intra 24 horas aluum non deposuit, oculi adhuc flauescunt, tussit

et aliquem strepitum in pectore habet, sed leuiorem, fitis minor. Dedi sal. polychr. dr. iij. fyr. § rad. vnc. iij. aq. meliss. vnc. viij. superbibendo idem serum lactis ebutyrati.

Iun. 19. Semel aluum copiosam flauescens deposuit, fluedo oculorum minor, vrina magis naturalis, febris minor, nox comoda, appetitus insurgit. Dedi idem.

20. Vrina sana, febricula, aluum semel deposuit mollem non figuratam, satis copiosam, oculi minus flavescent, color faciei magis naturalis, tussit. Dedi eadem, et vesperi leue diacodiatum.

21. Semel aluum deposuit, omnia meliora, oculi minus flavescent, tussis sola est molesta, medicamenta fastidit. Dedi decoct. auenae, vuar. corinth. cum aq. et lacte et melle per biduum.

22. Febris nulla, appetitus augetur, color naturalis faciei redit, aluum quotidie deposuit, vrinam non vidi, oculorum fluedo minuitur, leue sanguinis stillicidium ex nare dextra. Dedi pill. ex sap. venet. myrrh. rheo terebinth.

27. Tussis adhuc, leuis febricula, vires augentur, negligenter sumsit medicamenta, iussi pergere.

### *Dysenteria.*

Iun. 25. Annorum 20 bonae temperie virgo sine manifesta causa incepit die 20 pati dysenteriam, saepies de die olidam aluum deposuit, hodie saepissime parca copia, simul cum tenesino et torminibus validis, fitis  
magna

magna est, leuiter febricitat, deponit per aluum mucosa sanguinolenta, supernatante lympha flaua, a minimo corporis motu aluum deponit. Dedi gr. xx. ipecacuanh. et post bihorium mixt. ex sp. sulph. per camp. tinct. cinnamomi, diacodio diamor. aq. meliss.

26. Vomuit bilem amarā, deposuit bilem per aluum, sed non amplius illa mucosa sanguinea, tota nocte dormiuit, nec aluum deposuit, hodie mane quater aluum deposuit flauam olidam, febris nulla, melius se sentit. Dedi similem mixt. vrina sana.

27. Vrina flauescens, aluum heri saepissime, oeties forte deposuit foetidissimam sanguinolentam, fitis magna, heri riguit, iam febris nulla, pulsus debilis. Dedi decoct. bistort. torment cum cinnamomo, sp. nitri dulc. syr. diacod.

28. Appetit pisces falsas, vrina flauescens, rubra, heri sexties aluum deposuit, sed non ita tenuem nec ita foetidam, hac nocte aluum non deposuit, bene dormiuit, menses prodeunt, dum dormiuit, somniat, et cum terrore euigilat. Dedi gratum acidum cardiacum.

29. Optime se habet, vrina sanae similior, semel aluum figuratam deposuit. Dedi idem, pisces cum sale et aqua coctas appetit.

30. Heri quater, hodie bis aluum cum leuamine fuscā, olidissimā, semiliquidam deposuit, ante morbum anxietatis et ponderis sensum circa praecordia habuerat, heri aliquid molesti in gutture senserat, fitis adhuc, et sitiit heri, menses cessant fere. Dedi infus. cinnamomi cum decoct. bistort. rad. torment. sp. sal. marin.

Jul. 1. Adhuc aliquoties aluum, deposuit femiliquidam, graulofani, cum leuamine, in reliquis melius se habet. Dedi eadem.

2. Bene se habet, bis adhuc aluum similem deposuit. Dedi condit. ex catechu, cinnamomo, theriac, mastich.

4. Adhuc aliquoties de die aluum deposuit. Dedi eadem.

6. Heri 6 aluum deposuit similem ac antea, olidam, cum leuamine, hodie adhuc bis, vrina sana, reliquae functiones bonae. Dedi cardiacum gratum.

8. Conuulsit.

*Heterogeneum quid vtero excretum.*

Jul. 22. 40 annorum macilenta, fluxui vterino obnoxia, albo et rubro, chalybeatis curata fere, incepit 1. Julii conqueri de torminibus, vomitu, etc. die 5 reuelauit veram causam, nempe herniam, quae dura erat, emolliui cataplasmatibus, reduxi die 7, tormina tamen saepe recruduerunt, languit, febricitauit, febricula fere continua sum siti, etc. tormina sentiebat quasi ex loco herniae oriri, dederam emollientia, acidula, quia sitis erat magna, vomuit saepe, et aluo deposuit bilem viridem, heri vesperi sensit ex vulua pendulum quid, vidi hodie manec corpus teres 3 digitos transfuersos longum quod abscissum, et intus cauum apparebat instar intestini: febris aberat et vomitus, et melius se habebat: Cl. B. credidit, esse vel degenerantis hydatidis membranas, vel polyposum quid,

quid, iussit emollientibus et antisepticis tractandum esse.  
Brachium sinistrum dolebat acriter.

Iul. 23. Brachii dolor minor, tormina hinc inde corripunt, aluum non deposuit, perrexi in fomentis similibus, nox incommoda, menses fluunt. Dedi gr. xij. pill. Ruffi, inde 4 purgata fuit cum leuamine.

24. Vrina sana, brachium vtrumque dolet, pulsus fortis, parum febrilis, fauces parum inflammatae; dedi aq. fl. samb. rob samb. nitrum purum.

25. Cum pergat vteri fluxus ruber; dedi ter de die bals. restring. gtt. x.

26. Bene se habet, cecidit illud polyposum. Dedi eadem.

27. Menses fluunt, parum molestius se habet, pulsus heri vesperi febrilis, abstiti a bals. restring. Dedi sp. sulph. syr. citri, aq. cort. citri, nox molesta fuit, nunc non febricitat.

28. Durae feces in intestino recto haerentes molestiam faciunt, iussi clysmata.

29. Inde deposuit aluum, languet appetitus. Dedi mixt. ex tinct. myrrh. aq. citri.

30. Dedi pulp. cassiae, inde leuiter purgata fuit, sentit eandem adhuc molestiam et tenesimum quasi, suspicatus fui aliquid in vtero haerere, iussi balnea vaporis, dolor lumborum. Dedi myrrh. dr. j. cum ol. fabin. gtt. vij.

Aug. 1. Ingentem copiam fluoris albi, vt dicit, deposuit subito, purulentum videtur, perrexi. Vesperi incepit simile quid de vagina pendere. Perrexi.

Aug.



Aug. 2. Cl. B. consultus rescripsit: „fatis liquet insoliti quid vteri cauo haerere, ei eliciendo acta probo, continuanda suadeo. prudentis obstetricis exercitatae dexteræ committi posset explorandi negotium, et si foret opportunitas, oneris eductio.“

Vesperis: simile corpus spithamam longum sponte prodiit.

3. Obstetrix examinaus inuenit vterum plenum esse vt in 6 mensium grauida. Os vteri planum et apertum, perrexi.

9. Omnia huc vsque eadem, perrexi.

13. Omnia eadem: perrexi.

### *Tetanus.*

Iul. 24. Annorum 63 fatis vegetus vlcus antiquum in pede dextro habuit per multos annos, ante binos menses haemoptoen passus fuit, incepit die 14 Iulii sentire in musculis faciei labiorum, linguae et in musculis deglutionis aliquod quasi impedimentum. et tensionem quandam, antea quasi globum hystericum in faucibus senserat saepius, os clauditur sic, vt non multum deducere valeat, et de nocte in somno saepe subito maxillae sic constringuntur, vt linguam interceptam momorderit, cum facies tensa, rubra esset, V. S. purgantia dedi, balnea, epispastica, pulsus vix febrilis, vrina rubra, lingua sicca, flauescens, incepit se postea idem malum dispergere per omnia membra, sic vt rigiditatem quandam in motu sentiret, et inuoluntariam contractionem, imprimis de dolore et tensione circa cardiacam ante 4 dies incepit con-

queri, dolore per abdomen disperso quasi, et in lumbis: mens perfectissime constat in omni functione, nec vertigo, nec splendores, nec aurium tinnitus adsunt, per biduum vrina subsedit crasso, flauescenti sedimento, heri applicueram empl. ex bacc. lauri et theriacae cardiae, et parte abdominis, hodie debuit auferre, et dum tangit locum, horret, et concutitur toto corpore, appetitus modicus, non potest loqui multum, quin incipiant labia rigescere, applicari mento et gingiuis, et tum balbutit. Dedi iam per triduum decoct. aperient. et hodie cremor. tart. cum tart. vitriol. forma pulu. repetitis dosibus, quia aliquid videbatur haerere in primis viis.

25. Omnia fere eadem, vrina rubra. Dedi decoct. rad. gramin. scorzon. cum ruta recenti, sale polychresto.

Vesperis circa horam quintam tetanodes fuit, et a medicamento assumpto peius se habuit, lingua fordida, vrina crassa sedimentosa, doluit capite, mens perfecte constat, comedit ius carniuum, maxilla adhuc sic fere clausa est, aluum nigram parcam semel deposuit. Dedi emuls. auenac. cum diacodio.

26. Febris nulla, lingua fordida, cutis abdominis, vbi emplastrum fuit, excoriata ichorem pluit, et dolet ad contactum, sudauit fortiter, nox modica; conuulsionem maxillae habuit cum morfu linguae, vrinam non vidi. Dedi sal. polychr. dr. ij. tart. vitriol. dr.  $\beta$ . syr. ros. c. fenna vnc. ij. aq. rutae, vnc. x.

Vesperis: actiones vitales bonae, vrina rubra; sudauit fortiter, fitis magna, lingua adhuc fordida, aluum non deposuit, dum tanguntur hypochondria et ilia igneum

igneum quasi et ingratum sensum habet, et per femora se dispergit quasi malum. Dedi sp. sulph. diamoron, etc. aq. melissae.

Aug. 27. Vrinam non vidi, aluum semel deposuit, lingua sordida, febris nulla, melius se videtur habere, tamen rigiditatem quandam habet in membris. Dedi aq. rutae vnc. x. boracis dr. j. syr. fennae vnc. ij.

Vesperis: vrina crassa, sedimentosa, aluus stricta, febris nulla, respiratio bona, dum mouet collum, rigidum illud quasi manet, lingua sordida, sudauit. Dedi leue diacod.

28. Cutis vestibus tecta hinc inde pustulis obsita, ad contactum horrorem per totum corpus sentit, aluum non deposuit, vrina crassa, flauescens, turbida, nox quieta, rigiditas illa et dolor a motu in membris manet, lingua sicca, flauescens, sudauit fortiter. Dedi decoct. rad. alth. bard. gram. cum. syr. alth.

29. Nox incommoda fuit, pustulae per totum corpus, sudauit, actiones vitales bonae, ardorem per totum corpus sensit, aluus stricta. Dedi vnc. j. mann. sal. polychr. succi citr. ana dr. j. aluum inde 4 deposuerat. Dedi vesperi diacod.

30. Nox incommoda, omnia eadem. Dedi decoct. bardan. gramin. cum rad. angelic. syr. 5 rad. nitro puro. Vesperis similiter se habuit. Dedi diacodium.

31. Nox bona, vrina eadem, lingua sordida. Dedi crem. tart. cum sale polychr. tart. vitriol. omnia manserunt eadem.

Aug. 1. Circa vmbilicum aliquid purulenti apparuit, febris nulla, vrina crassa, stranguriosa, aluum non deposuit, nox molesta, lingua sordida adhuc. Dedi decoct. taraxaci, gram. etc. sal. polychr. fyr. 5 rad.

2. Ex vmbilici cauo satis magna copia ichorosae materiae prodit, febris nulla, vrina cum crassa nube non tam foetida, dolor ille dispergitur per femora et imprimis per crus sinistrum, lingua adhuc sicca, sordida, melius exseritur, nox inquieta. Dedi sal. polychr. rob. ribes. samb. aq. meliss. et vesperi opiatum.

3. Rigiditas illa manet adhuc. aluus per 7 dies stricta, lingua minus sordida, fluxus ex vmbilico vt ante, potest iam erigere corpus. Dedi vnc. j. pulp. cass. dr. iij. tamarind. vesperi emuls. diacod.

4. Aluum non deposuit, lingua nitidior, hora prima surrexit iterum. Dedi gr. xx. pill. Ruffi.

5. Aluum bis deposuit, febris nulla, actiones vitales bonae, sed reliqua eadem. Dedi decoct. alth. malu. verb. cum sem. dauci cret. fyr. 5 rad. vesperi vrinam semel valde crassam, flauescentem deposuit, postea sanae similem, ter aluum deposuit.

6. Nox modica, sed semper vti praecedentibus noctibus, hora 12. euigilauit, fluxus ex vmbilico cessare incipit, vrina sanae similis, tensio femur sinistrum magis occupat, pus bonum ex vlcere cruris sinistri fluit. Dedi eadem.

7. Melius se habet, perrexi.

8. Incipit parum posse ambulare, supra vmbilicum similis effluit materia, vrina sanae similis. Dedi eadem.

Aug.

Aug. 9. Vrinam solito copiosiore dimittit, sanae similem, ichor effluit vt heri, febris nulla, os melius aperit, et melius se mouet. Dedi eadem,

10. Pulsus bonus, ex vmbilico et supra vmbilicum ichor fluit, aluus stricta per 3 dies. Dedi pill. Ruffi gr. xx.

11. Aluum ter deposuit: maxima copia purulentae materiae ex vmbilico, supra vmbilicum, et ex vlcere pedis fluit cum magno leuamine, ambulat melius, os melius aperit, vrina sana. Dedi syr. citri, rob ribes. cum decoct. gramin.

12. Bene se habet, pus spissius effluit. Dedi nihil.

13. Vt heri de nocte molestum calorem sensit. Dedi talia vt die 11.

14. Quandoque adhuc tensionem illam in musculis sentit, totum dorsum pustulis obsitum est. Dedi vnc.  $\beta$ . omni trihorio huius mixturae:  $\mathcal{R}$ . sp. croci dr. j. syr. artemis. vnc.  $j\beta$ . aq. rutae vnc. vij.

15. Omnia vt heri, perrexi.

16. Vrina sana, vlcus pedis acriter fluit, minus ex vmbilico prodit, dum tangitur abdomen speciem nimiae sensilitatis sentit, ac quasi titillationis, et hinc vrinam cum difficultate deponit. Dedi infus. sem. bard. opii, etc.

17. Difficilius os aperit, aluus stricta: balneo vaporis maxillas exposui; dein inunxi vng. popul. martiat. alth. et dedi decoct. vuar. corinth.

18. Erysipelas et tumor faciei ab vnguento, aluus stricta, vrina foetidior, ichor ex crure foetidior, maiorem tensionem sentit vbique, remouit vnguentum, et

dedi infus. fol. fennae cum rheo, nitro, syr. fennae, forma haustus.

Aug. 19. Erysipelas totam faciem et collum obfidet, purgatus fuit faepius, vrina crassa, flauescens, turbida, rigiditas maior, et peius se habet, copia ichoris ex vlcere cruris. Dedi sp. sulph. nitrum, rob ribes. syr. fl. viol.

20. Febris nulla, nox incommoda, heri post meridiem anxietatem, et tumorem in abdomine sensit magnam: vesperi hinc dederam diacodiat. vrina sistitur, rigiditas illa aequae magna ac in initio, erysipelas in facie minus, circa collum vt ante. Dedi infus. fl. samb. cum nitro. et rob samb.

21. Deglutitio molesta, vrina turbidula, lingua fordidata, collum vix mouere potest, facies detumuit. Dedi eadem.

22. Vix potest deglutire, et dum nititur hoc facere, tetanodes fit fere toto corpore, ex crure pergit ichor fluere. Dedi emollient. decocta, vrina vt heri, lingua vt heri, vesperi diacodiatum.

23. Dormiuit parum, lingua vt ante, parum melius deglutit, reliqua fere eadem: perrexi in vsu emollient.

Vesperi: vrina crassa simul ac mingitur, tetanodes iterum, lingua vt ante, deglutitio molestissima. Dedi laud. liquid. gtt. xxx. syr. diacod. dr. vj. duabus vicibus.

24. Nox incommoda, vix dormiuit, vrina vt heri, omnia eadem, perrexi in vsu emoll. addendo aliquid boracis. Vesperi dedi diacod. febricitat.

Aug. 25. Non dormiuit, tetanus saepeprehendit vt ante, deglutitio molesta, cum aluum stricta esset iussi suppositorium, semel inde parua copia aluum deposuit. Dedi emuls. diacod. vrina vt ante, sudauit fortiter, pustulae per corpus sparsae, an a sudore?

26. Dormiuit parum, melius se videtur habere, iussu in vsu emoll. pergere.

Vespero molestius se habebat, leuiter febricitabat, vrina valde rubra, pellucida. Dedi nihil.

27. Nox incommoda fuit, tetanodes saepissime, clysmata applicuerunt, hora quinta mane, ab 8 ad 9 $\frac{1}{2}$  dormiuit placide, febris nulla, vrina rubra, pellucida. Dedi idem decoct. emoll. et vesperi binis dosibus 50 gutt. laud. liquidi. Aluum deposuit a clysmate, minus febricitat.

28. A 10 ad 11 dormiuit, postea omnia eadem, perrexi in vsu emoll. vesperi clysmata acra ex colocynthide et sale gemmae, iussi applicari cucurbitas nuchae, vrina rubra valde, cruris vlcus siccum.

29. Clysmata 4 aluum olidissimam deposuit, leuamen habuit magnum, potuit enim bibere, non firmato ab adstantibus capite, quod antea non potuerat facere, sed mane redierunt tetanodes illae contractiones, epispastica genuum cauis applicui. Vesperi nil poterat deglutire amplius, iussi cucurbitas sine scarificatione, gumm. ammon. instar emplastr. plantis pedum: lac cum aqua forma clysmatis iussi applicari.

30. Nox molesta, clysmata retinuit, nil deglutit, iussi clysmata acra ex helleboro nigro et colocynthide:

inde aluum et plurimos flatus dimisit, tunc potuit aliquid deglutire, febris minor, tamen aliqua, actiones vitales bonae, vrina rubra valde nubeculam habet. Dedi serum lactis pro potu: vlcus cruris ficcum.

Aug. 31. Vlcus crurum ficcum, nox molesta, nihil potuit deglutire, pulsus et respiratio vt heri, vrina turbida subsidentiam minuitur, vlcus ficcum, tetani vt ante fere sed non tam frequentes, et conuulsio ex nate imprimis sinistra incipit, sursum tendens. Dedi dr. j. nitricum gr. vij. cinnab. natiuae.

Sept. 1. Dormiuit melius, deglutitio molesta, vrina subsidentiam minatur, iussi eadem.

Vespero omnia eadem.

2. Delirat, deglutire nihil potest, febris aucta, vrina rubra, vel et aliquando turbida emissa. Vespero omnia eadem. Dedi laud. liquid. gtt. xxv.

3. Nox molesta, deglutiuit tamen, vlcus cruris ficcum manet, leue delirium: periit hora tertia.

### *Angina.*

Aug. 5. Aeris calori, dein et frigori exposita fuit 30 annorum foemina, heri vesperi incepit capite dolere, febricitare, faciem habuerat tunc rubram et inflammata, sic et collum; omnes artus conquassati dolent, dolent fauces, et in sinistra tonsilla album stigma apparet, puncturas sentit per totum corpus, in frontis parte capillata tuberculum durum inflammatorium, non dormiuit, aluum saepe heri deposuit, credidi bilem calore aeris incitatam fuisse, biliosa enim est, caeteroquin pleni  
habitus



habitus et bonae temperiei, et simul perspirationem inhibitam. Dedi decoct. rad. gramin. bard. tamarind. et pulu. ex crem. tart. sale polychr. tart. vitriol. lingua sicca, balnea pedum.

Vesperis: calor erat 96 graduum, calor maior ad contactum videbatur, tument parotides, febris vix multa, tumor minor in fronte, tonsilla sinistra magis rubet, aluum ter deposuit. Dedi mixt. ex sp. sulph. diamor. syr. viol. nitro, aq samb.

Aug. 6. Febris nulla, vtraque tonsilla inflammata, frontis tumor detumuit, sudavit, aluum ter deposuit. Dedi eadem, et pulueres: et iussi V. S. ad vnc. viij.

Vesperis: sanguis phlogist. serum flauum, pulsus febrilis, incredibile leuamen a V. S. sanguine magno impetu proficiente, aluum 12 deposuit, dolor circa cardiacam, et mordicatio, sanguinea sputa ex gutture deposuit cum leuamine. Dedi emuls. diacod.

7. Nox modica, fauces minus dolent. Dedi talem mixt. ac 5 Aug. vesperis, febris nulla, crus sinistrum doluit.

8. Melius se habet in omnibus, solae fauces dolent. Dedi gargarisma ex rad. bistort. tormentil. sp. sal. marin. melle rosar.

9. Omnia bona, non gargarizauit. Dedi decoct. tamarind. gramin. bard.

10. Omnia bona, sed vrinam detinuit per 24 horas. Dedi infus. sem. dauc. cret. foenic.

11. Curru vecta post meridiem vrinam excreuit, in reliquis sana. Reliqui,

*Febris continua biliosa.*

Aug. 5. Annorum 48 repleti habitus, sed leucopneumatici, heri mane sine manifesta causa incepit febricitare, et bilem saepe vomere, febricitantem hodie inueni, non dolet caput, sed totum corpus conquassatum dolet et ceruix, menstrua iam per biennium cessauerunt. Dedi decoct. tamarind. gramin. etc. et crem. tart. sal. polychr. forma pulu.

6. Dolor dextri hypochondrii, pulsus debilis, celer, debilitas, leuis tussicula, phantasmata videt, aluum saepe deposuit viridem, facies pallida, respiratio breuior. Dedi mixt. ex aq. cinnamomi, sp. nitri dulcis, rob. ribes. diamor. superbibendo emulsum gratum.

Vesperis pessime delirabat, nihil assumens pulsus febrilis, fortior, facies vultuosa, epispastica applicui.

7. Nox inquieta, floccos carpit, delirat, febris aucta, periit hodie circa secundam.

*Apoplexia.*

Aug. 6. Annorum 55 heri sanus. Ex itinere redux, delassatus, non coenauit, de nocte de acerrimo capitis dolore conquestus fuit, inueni hodie mane somnolentum, faciem vultuosam, hebes est, vix loquitur, et dum vi excitatur, mox in somnum relabitur, ante saepe erysipelate correptus fuit, iussi V. S. dedi decoctum tamarind. cum sale polychr. syr. fennae, circa meridiem eodem modo se habebat sed febricitabat parum plus, sanguinis serum valde flauum, perrexi et iussi balnea pedum

et epispastica. Dixerunt eum caput allisisse camino, nil inueni caput lustrans, febris, comâ somnolentum, vrinam clam dimittit. Clyfina forte, cucurbitas, epispastica, balnea pedum adhibui.

Aug. 7. Pulsus vix febrilis, vrinam clam dimittit. Dedi purgans forte: vnde bene purgatus fuit, aequè stupidus, infensilis tamen mansit, epispastica, etc. vt ante.

8. Apoplecticus cum stertore, et spuma exeunte per nares iacet, pulsus-debilis, oculi semiaperti. Conclamatum dereliqui.

### *Tertiana duplex.*

Aug. 19. 34 annorum die 15 incepit aegrotare febre alternis diebus grauiori, die 16. V. S. ipsi, flauescit leuiter in oculis. Dedi sal. polychr. dr. iij. rob samb. vnc. iij. decoct. gram. bard. scorzon die 15 mane febricitauit, die 16 febricitauit hora prima, die 17 hora 9, die 18 circa horam secundam post meridiem, die 19 hora quarta: die 16 et 18 fortius febricitauit.

20. Vrîna flammea, dormiuit modice hac nocte, sed cum terrore euigilauit, hodie mane non febricitat, oculi leuiter flauescunt. Dedi idem decoctum.

21. Vrîna crassa, turbida, foetidula, heri post merid. hora quarta febris satis vehemensprehendit: 4 aluum deposuit liquidam, dormiuit modice, melius se habet, hodie mane apyrexia, lingua sicca, anxietas circa praecordia minor. Dedi sal. polychr. sp. nitri dulc. aq. meliss. rob samb. ribes.

Aug. 22. Vrina fatis rubra, heri hora quarta febrisprehendit, non ita intensa, nox non ita cominoda, hodie mane circa 8 inueni febricitantem adhuc leuiter, aluum heri bis griseam deposuit foetidam, hodie mane vomuit bilem viridem fatis notabili copia, color adhuc flauescens, os fastidiosum est. Dedi oxym. scill. vnc. ij. sal. polychr. dr. ij. aq. rutae ℥. j.

23. Vrina profunde rubra, febris mitior, heri vesperi hora 6 halitus foetet, os fastidiosum, nox fatis comoda, dolor ille dextri lateris euanuit fere, parum adhuc dolet, dum oscitat, lingua adhuc flauescit. Dedi sal. polychr. dr. ij. tart. vitriol. dr. j. rob samb. ribes. sp. nitri dulc. aq. melissae; sitit adhuc.

24. Vrina crassa, turbida, flauescens, rubra, vesperi hora 8 febrisprehendit, dormiuit modice hac nocte, febris leuior, aluum semel deposuit, euomuit ingesta. Dedi eadem.

25. Anxietas circa praecordia adhuc, febris leuior fuerat. Dedi gr. xx. ipecac. vrina rubra, vomuit ante vomitorium semel pituitam flauam, spissam, postea amaram bilem instar olei lini, 4 aluum deposuit. Dedi sp. nitri dulc. rob ribes. diamor. aq. citri.

26. Optime se habuit, nec vomit, nec nauseat, nec febricitauit, vrina sanae similis. Dedi mixt. ex tinct. contraieru. fyr citri, aq. citri.

27. Bene se habet. Dedi pill. ex rheo et sapon. veneto cum infus absinth. ex aq. et vino.

30. Facies ceracea, febricitauit binis diebus iterum. Dedi pulu. ex contraierua lap. 69, stib. diaphor. serp. virg.

Sept. 2. Febricitauit heri, facies ceracea, bilem spissam vomuit. Dedi oxym. scill. vnc. ij  $\beta$ . sal. polychr. dr. ij. aq. rutae  $\mathcal{R}$  j.

3. Vomuit bilem cum nigris fuliginosis particulis intermixtis, aluo copiam satis notabilem deposuit, vrina minus flaua. Dedi purgans ex rheo, scammon. etc.

4. Vomuit magnam copiam similis materiae ac heri, et deorsum copiosam materiem deposuit, somnus fuit laboriosus, color melior, caput dolet, vrina crassa, fordida, flauescens, sitis leuis, febricula. Dedi gratum acidum cardiacum.

5. Melius se habet in omnibus, iussi pergere in vsu medic. 27 Aug. praescriptorum. Conualuit.

### *Saluatio.*

Sept. 1. Viro 30 annorum robusto, vegeto, cui post male curatam gonorrhaeam vlcerosi quid in faucibus apparebat, post tentatam curam per purgantia hydragoga et decocta bardan. etc. cum victu tenui, suasi saluat. et praeparato corpore dr.  $\beta$ . mercur. praecip. alb. in 24 doses diuisi, et dedi 4 doses 30 Aug. totidem 31 et hodie totidem superbibendo vnc.  $\beta$ .  $\mathcal{R}$ . laud. puri gr. iv. aq. cort. citri vnc. iv. incipit lingua pallefcere, gingiuae parum tumere, semel aluum liquidam cum torminibus deposuit.

2. Bene dormiuit, leuis febricula, gingiuae insurgunt. Dedi tres doses. Vesperi se satis bene habebat.

3. Bene dormiuit, facies plus tumet, incipit saluare. Dedi 4 doses.

Sept. 4. Mane incepit angi, tormina pati, ter aluum deponere cum fummo debilitatis sensu sumserat dosin hora sexta post meridiem, adhuc ter aluum deposuerat. Dedi emuls. cum diacod. et tinct. cinnamomi.

5. Bene dormit, leuis saliuatio, non deposuit aluum. Dedi binas doses, vesperi leuis febricula. Dedi dosin, saliuatio nulla.

6. Saliuatio nulla, fauces sentit longe melius se habere. Dedi tres doses, leuis febricula, bene dormiuit, aluum non deposuit.

Vesperi: vix saliuat. Dedi dosin, et alteram cras mane hora 6.

7. Languet plus, saliuatio augetur. Dedi nihil. Vesperi: languēbat, 5 libras exspuerat, dolet lingua valde.

8. Doluit caput de nocte, non dormiuit, saliuatio augetur, 5 libras exspuit ad minimum.

9. 5 libras exspuit, pulsus fortior, melius se habet, potum *mol* cum succo citri potat, et ius carniū cum oryzae cremore dedi.

10. Satis alacris est,  $7\frac{1}{2}$  libras exspuit, de nulla re queritur, nisi de dolore linguae.

11. Alacris satis est,  $7\frac{1}{2}$  libras exspuit.

12. Dolor linguae solus molestus, et tantum in dextro latere linguae, pulsus debilior, appetit plus, libras  $6\frac{1}{2}$  exspuit.

13. Bene dormiuit, saliuatio parum minuitur, vnc. 70 exspuit, seu  $\text{℥} \text{v}$ . et 10 vnc. aluus a tot diebus stricta, clysmata emoll. iussi.

Sept. 14. Inde cum incredibili labore aluum durum lapidis instar deposuit, in reliquis bene se habet:  $\text{℥}$  vj. exspuit.

15. Bene se habet, alacris est, totus emaciatur, libras 6 exspuit.

16. Alacris est, libras 6 exspuit.

17. Optime dormiuit, alacris valde,  $\text{℥}$  vj. exspuit.

18. Quotidie vires augetur,  $\text{℥}$  5 $\frac{1}{2}$ . Dedi dosim, aluum semel deposuit.

19. Fames ingens, alacerrimus est,  $\text{℥}$  iv. circa exspuit. Dedi dosim.

20. Optime se habet,  $\text{℥}$  v. exspuit. Dedi dosim.

21. Optime se habet, os plus parum dolet, augetur parum saliuatio  $\text{℥}$  iij  $\beta$ .

22. Optime se habet. Dedi dosim,  $\text{℥}$  vj. de nocte non exspuit, et saliuia non ita spissa amplius, sed tenuior.

23. Alacris est, de nocte nil deposuit. Dedi dosim,  $\text{℥}$  iij  $\beta$ . exspuit.

24. Alacris est: 6 libras deposuit.

25. Aluum deposuit durum summo cum leuamine,  $\text{℥}$  v  $\beta$ . exspuit, alacris est.

26. Appetitus optimus, totus emaciatus, alacritas summa, oculi viuidissimi, nulla saliuatio.

27. Sanissimus est, saliuatio penitus sistitur. Dedi duas doses, 5 libras exspuit.

28. Optime se habet: 3 libras exspuit.

29. Bene se habet. Dedi dosim, exspuit  $\text{℥}$  iij.

30. Iussi mutari lintea, ignem minui; caput nudari, optime se habet.

Oct. 1. Nullus omnino dolor in faucibus est, sputum parum. Reliqui.

*Angina subito lethalis.*

Oct. 11. Annorum 55 heri viuas comederat, incepit mox anginam pati, hodie vesperi inueni vocem acutam, fauces vix tuebant, deglutitio molesta, febris modica, iussi V. S. cataplasma collo applicui, purgans ex fol. sen. agar. nitro dedi. Perit hac nocte.

*Saliuatio.*

Oct. 17. Annorum 60. a viro infecta cancrum in vagina habuit; chirurgus vitriolo erosit, inde malum prosperens pustulas rubras, dolores ossium nocturnos sed leuiore, in faucibus inflammationem produxit, in cute capitis capillata duras pustulas; tentaueram decoct. bard. alth. etc. interpositis purgantibus mercurialibus, sed frustra; incepi dare heri vesperi dosim mere. praecipitati albi, vt solebam, cum cochleari mixturae opiatae, et hodie mane dosim, et vesperi dosim in cubiculo calido, etc. phlegmatica, mollis est.

18. Nox commoda, somnolenta est, sudat. Dedi dosim mane hora 8, 12. et hora 4. Vesperi se satis commode habebat.

19. Hac nocte dysenteriam passa est satis molestam. Dedi emulsum diacodiatum. Vesperi cessauit alui fluxus, incipit lingua albam crustam habere, dolere, excoriari, saliuatio incipit. Pulsus parum febrilis.



Oct. 20. Hac nocte iterum tormina habuit, et saepius aluum deposuit. Dedi diacodiatum omni hora donec cessent tormina, facies plus tumet. Vesperi saliuatio incipit augeri.

21. Tormina de nocte. Lib. j β. circiter expuit. Vesperi bene se habet, latus sinistrum faciei plus dolet et tumet. Lib. j. expuit. Dedi vnam dosim.

22. Nox commoda, saliuatio pergit sensim. Vesperi omnia eadem, sed iustam quantitatem nosse non possum, quia linteis excipit, etc. videtur tamen modica esse.

23. Ter aluum leuiter deposuit, saliuatio pergit.

24. Saliuatio pergit. Dedi vnam dosim.

25. Saliuatio pergit.

26. Sic et hodie. Dedi dosim.

27. 28. Omnia eadem. Dedi dosim.

29—31. Omnia eadem.

Nou. 1. Minuebatur saliuatio. Dedi dosim.

2. Saliuatio procedit vt olim.

3—10. Vt ante.

11. Vt ante. Dedi dosim.

12—22. Vt ante; sensim minuitur saliuatio.

23—29. Minuitur. Sanata fuit.

### *Mania.*

Oct. 20. Annorum 25 studiis acriter incubuerat nimis, melancholicae temperiei, stricto corpore, incepit delirare subito sine febre; dederam heri decoct. tamarind. bard. gram. cum syrupo viol. auena, balnea pedum;

epispastica, oxycratum fronti; furebat heri post meridiem, iussi iniici clyisma post meridiem ex drach.  $\beta$ . colocynth. drach. iv. helleb. nigri, et dein diacodii unciam. Inde a clysmate vomuit, incredibili copia aluum deposuit, et dormiuit bene, mane se melius habebat. Dedi emulsum auenaceum, circa meridiem vomebat aliquid bilis poraceae, et delirabat, dedi gr. xx. ipecacuanhae. Euomuit breui ipecac. delirabat pessime. Dedi emulsum cum diacodio.

Oct. 21. Delirauit ferociter de nocte, pulsus tardus, aequalis, iussi pergere.

22. Delirat adhuc, dormiuit per 5 horas. Dedi mixt. ex rob samb. diamor. nitro, aqua samb.

23. Non dormiuit, delirat adhuc tota nocte, vesperi dedi gr. j. opii.

24. Non dormiuit, pacatus fuit parum, delirat ferociter.

25. Cl. Boerh. consului, dixit replendum corpus auenaceis cum melle, dandum aliquid hierae picrae, pill. Ruffi, elix. prop. vel simile quid, clysmata, suppositoria.

26. Parum requieuit hac nocte, minus furit, applicui suppositorium, et dedi elix. prop. cum aqua factum.

27. Minus furit, non dormiuit tamen, iussi clyisma ex aloe applicari, et in reliquis pergi. Dedi vuarum succum.

28. Dormiuit hac nocte, ter aluum deposuit, minus furit, iussi pergere.

31. Hucusque omnia similia, perrexi.

Nou. 1. Dormiuit per 5 horas, quotidie aluum deponit, perrexi.

2. Parum melius se habet, perrexi. Dedi vuar. corinth. decoctum cum melle.

3. Oculi non ita furibundi, incipit corpus repleri, facies non ita contracta esse, aluum quotidie deponit bis vel ter, delirat quidem, sed non ita furibundus est.

4. Dormiuit bene hac nocte, delirat tamen, perrexi.

5. Non dormiuit, minus furit, tamen delirat.

6. Heri post meridiem delirauit per 6 horas, non dormiuit. Dedi eadem.

7. 8. Dormiuit satis bene, perrexi.

9. Dormiuit per 6 horas, delirat tamen.

10—15. Vt ante.

16. Adhuc ferociter delirat saepe.

17. Vt ante.

18. Malignus est, et dolos meditatur.

19. Vt ante.

20. Bis aluum tenuem deposuit, auxeram dosin elix. prop. cum aqua factam.

21. Aluum ingenti copia deposuit semel.

22. Non dormiuit, sed bene mecum ratiocinabatur.

23—26. Fere eodem modo.

27. De dolore ani querebatur, iussi clystima ex aloe et sale gemmae, inde copiosam aluum deposuit.

28. Furit hinc inde satis rabide, postea tamen satis pacatus est.

29—Dec. 3. Videtur se melius habere.

4. Heri vesperi rixas audiens furebat immaniter.

Dec. 5. Nox satis pacata. Usque ad 12 Ian. omnia eadem, sed tunc incepit respiscere, aluum et vesicam non amplius in lecto exonerare, ut hactenus solebat.

Ian. 15. Hodie tristis penitus est, desperat de peccatis, se ipsum occidere volebat, febricitabat, et heri febricitauerat. Dedi mixt. ex sale polychr. rob samb. tart. vitriol. aq. samb.

16. Nox incommoda fuit, non dormiuit, taciturnus est, non febricitat, perrexi.

17. Heri furebat iterum, nox inquieta, febris nulla, aluum olidissimam argillaceam deposuit semel, apparet pacatus. Dedi eadem.

18. Leuiter delirat hinc inde, perrexi.

20. Aluum coactam, fuscam, copiosam deponit. Dedi pill. Russi cum tart. vitriolato.

23. Aluum saepe deposuit. Optime ratiocinatur.

25. Incipit tristis esse, de salute desperare, reliqua bona apparent.

Febr. 1. Hucusque omnia eadem.

16. Corpus incipit repleri, hinc inde delirat.

19. Ut ante. Dedi pill. ut 20 Ian.

22. Heri valde et ferociter delirauit, vomuit ingesta, et saepius aluum fuscam deposuit figuratam cum leuamine.

Mart. 17. Per triduum febricula leuis, aluum bis de die deposuit, delirat adhuc hinc inde.

20. Pulsus semper citatior, aluum pergit deponere nunc coactam, nunc fuscam, redolentem, rint, ut dicunt.

cunt, *un odeur de tanne*, mens redit in melius, iuscula cum gramine, taraxaco, lupulo, etc. dedi.

Mart. 31. Pergit aliquoties aluum tenuem deponere cum leuamine, mens constat, exiit.

Apr. 15. Pergit aluum saepius deponere de die cum magno leuamine, optime se mens habet, et conualuit integre.

### *Cholera.*

Oct. 20. Annorum 60 circiter macilenta virgo, ante aliquot menses moerore animi et timore saepe affecta, heri vesperi sana cubitum petebat, mane hora quarta euigilans videt in lecti pariete circa pedes imaginem solis occidui tremuli, et inde egredientes homunciones multos ingenti capite, mox incredibilem tensionem et anxietatem in abdomine sentit, e lecto exiliens post anxietatem summam cum sudore frigido vomuit semel ingestum spir. iunip. dein incredibili copia aluum deposuit cum leuamine; post meridiem vocatus cum adhuc aliquam tensionem sentiret. Dedi purgans ex rheo et scammon. post 6 horas gr. j. opii.

21. Inde fortiter sursum et deorsum purgata fuit, dein dormiuit bene, magnum leuamen habuit, actiones vitales bonae. Dedi mixt. ex rob ribes. diamor. spir. sulph. aq. cinnamomi.

22. Bene se habet. Dedi eadem.

23. Sentit adhuc anxietatem circa praecordia, ructus et flatus sine leuamine, fastidit cibos, acida appetit.

Dedi crem. tart. dr. iij, sal. polychr. dr. jss. tart. vitriol. dr. ss. ol. cort. citri diuisos in 8 doses aequales.

Oct. 24. Aluum non deposuit, omnia fere eadem.  
Dedi aperiens decoctum cum tamarindis.

25. Appetitus rediit, omnia bona, reliqui.

*Dolor acutus hypochondrii dextri.*

Nou. 1. Macilenta 35 annorum, biliosa, heri dolorem validum in dextro hypochondrio circa locum vesiculae fellis incepit pati; dederant spir. anisi, sed frustra, hodie mane hora sexta inueni eiulantem prae dolore, sine febre, iussi foueri sapone, aqua, lacte, clyisma iniici. Dedi mixt. ex lap. cancr. syr. diacod. aq. flor. rhoead. circa meridiem omnia eadem erant. Dedi largum decoct. 5 rad. aper. euomebat omnia, torquebatur immaniter, iussi mollissimis alth. verbasco. malu. decoctis locum foueri, et dedi mixt. ex laud. gr. iij. vt dolorem compescerem, qui erat intolerabilis.

2. Aliquod leuamen ab opiato, sed cum eiulata euigilabat tamen, vermem teretem viuum vomuit, dolor in eodem loco adhuc, tamen se per abdomen dispertit magis, lingua sicca, vomit saepe, clyisma mollissimum iniecerunt, iussi repetendum. Dedi omni trichorio vnc. ss. sequentis: ℞. vitriol. Mart. dr. j. sal. polychr. dr. iij. syr. fumar. vnc. iij. 5 rad. vnc. j. aq. foenic. vnc. viij. et omni  $\frac{1}{2}$  hora vnc. j. decocti largi 5 rad. cicchor. scorz. cum tart. vitriol. syr. 5 rad. et idem fomentum.

Nou. 3. Nox molesta fuit, vrina subsedit copioso carneo sedimento satis aequali, dolor videtur parum mitior, pulsus parum febrilis, lingua sicca, dolor versus os iliun parum se extendit, sed in loco priori nondum attactum fert fere, iussi omni bihorio vnc.  $\beta$ . ol. amygdal. dulc. cataplasma emolliens loco dolenti, emollientissimi decocti vnc. j omni  $\frac{1}{2}$  hora,

4. Dixerunt melius habuisse, iussi pergere.

6. Vrina crassa, scorbutica, sedimentum copiosum habet, caeruleo colore vitrum tingens, dolor mitior est, tamen adhuc adest, dixit se febricitasse, iam febris nulla, respiratio satis bona, sed dum profundissime inspirat, tunc dolet, sitit modice, lingua satis humida, non potest in latera decumbere, sentit tunc ac si omnia deuoluerentur, locus ille dolet ad attactum, idem cataplasma continuaui, et dedi decoct. rad. bard. alth. foenic. et omni trihorio mixt. vt 2 Nou, cum vitriol. Mart. vnc.  $\beta$ .

Rediit aliquoties haec tragoedia, similibus pro tempore sedata, sed maior fluedo oculorum, iussi verno tempore 1736. ingentem copiam decoct. rad. gram. recent. taraxaci, becabungae cum sale polychr. et ol. thereb. gutt. viij. ter de die cum sacharo. Tamen mense Julio eadem rediit tragoedia cum dolore intolerabili, in eodem loco et per totum abdomen se dispergente, imprimis circa cardiam, sic vt deliraret, et nisi firmiter teneretur, violentas sibi ipsi manus iniecisset, opio compescui, aliis frustra tentatis, et suasi vsum aquae spada-nae cum mixt. ex syr. rhei, sale polychr. tart. vitriol.

*Febris continua cum magno capitis dolore.*

Nou. 12. Annonum 39 mane parum languit, macilentus, acriter mentem exercens et penetrabilis ingenii vir, hodie hora tertia riguit, febricitauit cum inmani capitis dolore et vomitu, febris vesperi non adeo intensa, deriuatio magna circa caput; hinc inde delirabat, phantasmata videbat, balnea pedum, oxycratum fronti applicui, et mixt. ex nitro, rob sambuci, etc.

13. Nox incommoda, dolor idem fere, febris modica, vrina nocte emissa subsedit, post emissa erat flamma, tenuis, lingua modice humida, sitit valde, emulsum nitrosum dedi auenaceum, et reliqua vt heri.

Vesperi: febris leuis, emuls. euomuit, clyisma applicui, balnea, epispastica, et dedi leue diacodiatum.

14. Mane melius se habebat, dormiuerat, febris exigua. Dedi eadem. Vesperi plus caput dolebat imprimis in dextro latere, et gena dextra rubebat. Dedi diacod.

15. Post diacodium assumptum heri vesperi sensit summum acumen ingenii, et pinxit, vt videbatur, optime, elegantissime, auris dextra dolet, et gena dextra rubet parum a leui odontalgia, febris nulla. Dedi decoctum auenae gratum et cataplasma ex cepis et camphora. Vesperi vrina subsedit, limbum caeruleum superius habens, flatus copiosos demisit, febris nulla, nauseauit, caput minus dolet et auris. Dedi emuls. cum ync.  $\beta$ . diacodii.



Nov. 16. Aliquis ichor ex aure fluxit, dormiuit optime, febris nulla, lingua humida, bene se sentit. Dedi decoct. auenac. cum rob ribes. syr. citri, nitro, aq. citri, et vesperi idem emulsum,

17. Febris nulla, nox modica, vrina vt ante, dolor minor, vertigo dum surgit. Dedi gratum cardiacum, superbibendo decoctum auenae cum lacte.

18. Bene se habet, caput parum leue. Dedi eadem.

19. Non tam bene dormiuit, caput leue sentit, in reliquis bene se habet. Dedi aq. rorisin. tinct. succini, superbibendo lac dulce.

20. Dormiuit optime, bene se habet, vrina sana, perrexi.

21. Optime se habet. Dedi infusum thymi, ferpilli, etc.

22. Optime se habet. Dedi pillulas gummosas cum infuso rorisinarini: et reliqui.

*Febris continua cum delirio.*

Dec. 7. Annorum 18 scorbutica, satis bonae caeteroquin temperiei puella per aliquot septimanas dolorem artuum senserat, die 2 Dec. incepit aegrotare, heri inueni febricitantem, vrinam sanae similem. Dedi spir. sulph. rob samb. syr. flor. viol. nitrum, aq. samb. Hac nocte delirauit, hebes iacuit, lingua humida, dicit se nullibi dolere, sed dicit, se susurrum in capite sentire, pulsus debilis, non multum febrilis, per aliquot tempus capilli ipsi ceciderunt, iussi balnea pedum, V. S. decoct. tamarind. gram. cum nitro, rob samb. syr. flor. viol.

viol. heri bis aluum deposuit. Vesperi: sanguis parum feri habet, nec crustam phlogisticam, pulsus celer, sed debilis, delirauit, susurri in capite non ita validi, floccos carpit, sed hodie minus quam heri, lingua humida, bis aluum deposuit. Dedi emulsum diacodiatum.

Dec. 8. Ad secundam delirauit, postea dormiuit ad quintam, postea iterum parum delirauit, pulsus celer sed paruus, lingua sicciior, auditus grauis, vrina nubeculam habet. Dedi eadem vt heri mane. Vesperi. melius parum se habuit, febris eadem, de dolore faucium queritur. Dedi residuum emulsi hesterni.

9. Nox non ita commoda fuit, floccos carpit, bene respondet, fauces minus dolent, lingua nitida, pulsus vt heri, vrina sanae similis cum nubecula fundum petente; iussi balnea. Dedi decoct. tamarind. gram. bard, syr. viol. rob samb. nitrum. Vesperi: vomuit pituitam, rigitur hora 6: tota facies contracta, pallida fuit, aluum saepe deposuit fuscum,OLIDAM, maxima copia, vrinam in lecto clam demisit, pulsus paruus, celer, facies rubet, calor ad extrema vsque, respiratio satis bona, nullum dolorem habet. Dedi spir. sulph. cum syr. viol. nitrum, diamor. aq. melissae.

10. Nox inquieta, spumam circa os habet continuo, apophonos iacuit, nunc loquitur, pulsus vt ante, calor adhuc aequabilis. Dedi fortissima epispastica. Vesperi: spuma minor circa os, pulsus vt ante, stridor dentium, ad interrogata respondet, sed incondite, me nouerat, iussi ingentem copiam potus, et epispastica, pediluua; mixt. ex nitro, rob samb. syr. fl. viol. aq. fl. tiliae.

Dec. 11. Nox incommoda fuit, sudavit fortiter, vrinam clam dimittit, potavit, pulsus vt ante, respiratio bona, non assumsit medicamentum, subsultus tendinum.

Vesperī: cutis magis arida, pulsus vt ante, respiratio bona, lingua modice humida, iussi situm capitis erectum, quantum fieri potest, et copiam potus.

12. Nox incommoda, deliravit, nunc extenso corpore in lecto iacet, genis roseis, pulsu debiliori, celeris: respiratione breuiore, vix quid liquidi assumit.

Vesperī: adhuc pulsus celerior, debilis, corpus extensum, aphonos iacet.

13. Conuulsa saepies perit hora tertia matutina.

### *Rheumatismus.*

Dec. 13. Annorum 22 ante tres annos similem morbum passa, die 8 sinistro crure dolorem rheumaticum sensit, postea per totum corpus se dispergentem, nunc huc, nunc illuc, maxime per dextram partem corporis imprimis oberrantem, inueni maximam anxietatem, respirationem breuiorem, febrim intensam, linguam asperam, sudavit fortiter hac nocte, acida appetit, pallida puella est, flaccida. Dedi decoct. 5 rad. cum syr. 5 rad. superbibendum mixt. ex rob samb. ribes, nitro, a Cl. Boerh. praescriptam. Die 9 et 11 praescripsit mixt. cum spir. sal. ammon. syr. diacod. superbibendo infusum sassafras.

14. Non multum sudavit, vix dormiuit, febris intensa, respiratio melior, pulsus fortis, dolor lateris sinistri, sitis intensa, tussis, sputa tenacia eduxit cum gruinis

mis sanguinis. Cl. Boerli. praescripsit: ℞. nitri ° dr. j. rob samb. vnc. ij. aq. fl. rhoead. ℥ j. omni  $\frac{1}{2}$  horae vnc. ℞. superbibendo infus: fassufr. cum melle.

Dec. 15. Nox incommoda, febris intensa adhuc, sudavit, lingua aspera, aluum bis deposuit olidam, respiratio vt heri. Dedi eadem. Vesperi: ter aluum olidam, nigram deposuit, febris intensa adhuc, dolor satis acutus pectoris sinistri, respiratio breuis. Dedi eadem, et fomentum ex aqua, lacte, et saponie veneto pectori applicui.

16. Nox incommoda, aluum nigram, olidam deposuit, dum dormit, cum terrore euigilat, pectus minus dolet, respiratio breuis, immota debet iacere, nana a minimo motu magnum doloris augmentum, sitis magna, lingua aspera. Cl. Boerh. praescripsit dr. j. nitri, lap. cancr. dr. iij. syr. diac. vnc. ij. aq. fl. rhoead. ℥. i℞. omni  $\frac{1}{2}$  hora vnc. ℞. pro potu lac cum aqua. Vesperi febris mitior erat, vrina coloratior sana.

17. Nox melior, febris vt heri mane, lingua sicca, sudavit, vrina vt ante, perrexi. Vesperi omnia eadem.

18. Vrina sanae similis, sed dilutior, febris vt ante, sed parum mitior, nox parum melior, dolet abdomen, digitus minimo proximus in manu sinistra in medio articulo dolet, tumet, rubet, annulum in hoc digito habet. Dedi nitrum, syr. alth. rhoead. aq. fl. rhoead.

19. Nox inquieta, sudor, rigiditas et immobilitas dispersa per totum corpus, aluum semel deposuit, digitus minus dolet, respiratio vt ante, tussis hac nocte frequens fuit, vrina sanae similis cum nubecula. Cl. Boerli.

praes-

praescripsit omni hora dr. j. linctus, superbibendo vnc.  $\beta$ . frequentis:  $\mathcal{R}$ . ol. amygd. vnc.  $j\beta$ . vitell. oui dr. ij. syr. papau. alb. vnc. ij.  $\mathcal{R}$ . aq. menth.  $\mathcal{E}$ . j. nitri dr. j. Vesp. peri eodem modo se habet, aluum semel deposuit.

Dec. 20. Nox melior, digitus detumuit, vrina alba, pauca, modice spissa, febris minor. Quinques aluum flauam, figuratam deposuit, perrexi. Quinques aluum deposuit, sed tenuiorem, febris parum fortior, dolor crus dextrum, femur sinistrum, manum sinistram occupat, lingua satis humida, vrina alba, turbida, perstans, modice crassa. Dedi emulsum gratum cum dr. vj. diacodii.

21. Nox modica fuit, febris vt ante, respiratio vt ante, aluum tenuem deposuit, vrina minus quasi turbidula, sudauit, manus sinistra dolet a carpo ad digitos vsque, aluus est flaua, tenuis, dolent humeri. Cl. Boerh. dedit:  $\mathcal{R}$ . aq. cochl. vnc. iij. aq. meliss. vnc. x. sp. anti-scorb. vnc. j. syr. diacod. vnc. ij. omni  $\frac{1}{2}$  hora vnc.  $\beta$ . superbibendo lac cum aqua. Sputa quaedam cum grumis sanguinis, vrina alba, turbida, febris vt ante.

22. Nox inquieta, anxietas magna fuit, ter aluum deposuit flauam, tenuem,OLIDAM, febris continua vt ante, respiratio vt ante, sitis magna, lingua ficcior, in medio plumbea, deglutitio molestior, circa scapulas dolet. Cl. Boerh. dedit:  $\mathcal{R}$ . lap. cancr. dr. iij. syr. diacod. vnc.  $j\beta$ . tinct. contraieru. dr. j. aq. rhoead.  $\mathcal{E}$ . j. omni hora vnc.  $\beta$ . superbibendo infus. sassafras cum lacte et aqua.

Dec. 23. Dormiuit melius, vrina sana fere, febris vt ante, brachium dextrum dolet, et tumet iam. Perrexi.

24. Nox melior, febris minor, dolor scapulas et brachium dextrum obsidet, respiratio melior, ter aluum deposuit parca copia, lingua humidior, fitis magna.

25. Nox melior, vrina vesperi nubeculam habet, dolor fere nullus, febris abest, perrexi.

26. Omnia satis bona, vrina alba, turbida. Dedi eadem. Appetitus deficit.

27. Vrina sanae similis, febricula leuis, Cl. Boerh. praescripsit ℞. aq. menthae ℥ j. elix. propr. tinct. contra-ieruae ana dr. vj. sp. menth. vnc. ℞.

28. Perrexit in iisdem.

29. Febricula leuis, vrina coloratior sana, tussis levis, dolor circa scapulas et pectus sinistrum, sed leuis, aluum semel duram deposuit. Cl. Boerh. sal. vol. oleos. sp. antiscorb. elix. propr. guttatum ter de die praescripsit.

30. 31. Omnia sensim meliora, vrina subsedit albo aequabili sedimento.

Ian. 1. 2. Vrina vt ante, dolor minuitur, quotidie, Dedi eadem.

3. Vrina vt ante, perrexi.

4. Vrina vt ante, melius se habet, perrexi.

5. Omnia eadem, perrexi.

6. 7. Vrina vt ante, sensim melius se habet, aluus stricta. Cl. Boerh. iussit pergendum in medic. 29 Dec. et omni mane 5 pill. R. nitri dr. j. ℞. pill. Ruffi dr. j. te. reb. gr. vj.

9. Bis aluum deposuit, omnia sensim meliora.

Ian. 10. Conqueritur, nates dolere, dum infidet, reliqua bona sunt, reliqui.

### *Hemiplegia.*

Dec. 19. Sana 34 annorum mulier subito territa fuit, mox aphonos facta, inueni faciem inflatam, tumidam, oculos sanguineos, pulsum satis plenum, sed minime febrilem, intelligebat me, sed respondere non poterat, iussi V S. ad vnc. x. et dedi mixt. ex sp. sal. ammon. tinct. succini, diacodio. Infantem 1½ anni lactabat, iussi ablactari.

20. Nox incommoda fuit, nil fere assumpsit de remedio; brachium dextrum, in quo vena secta fuit, non mouet, nec loquitur, mentis videtur compos. iussi clyfma acre ex sale gemmae, aceto scillitico, epispastica fortia pedibus, vesicatorium nuchae.

Oscitat continuo, nec brachium mouet, nisi dum oscitat, sed digitos non mouet, nec loquitur, facies iam collapsa est, lingua humida: bis aluum deposuerat, ideo clyfina neglexerunt, actiones vitales optimae, mens constat, iussi eadem epispastica.

21. Vrina subsedit, febris nulla, paralysis lateris dextri totius, et linguae, tamen potest dicere *ia*, et videtur omnia intelligere satis bene. Dedi decoct. tamarind. rad. gram. sal. polychr. syr. ros. c. senna.

22. Dum oscitat, brachium mouet, pulsus bonus, fitis videtur magna, intelligit omnia, nec loquitur, nisi *ia*, sed minitatur quasi loquelam, aluum non deposuit, dolorem in brachio affecto sentit. Dedi spir. sal. am-

mon. sal. polychrest. fyr. fennae, aq. rutae. Vrina crassa subsedit.

Dec. 23. Aluum non depofuit, omnia eadem. Dedi decoct. fennae, tamarind. agar. nitrum, fyr. fennae.

24. Heri vesperti inde fortiter purgata, debilis videtur, omnia eadem. Dedi mixt. ex fp. antiparal. fale vol. oleoso, aq. rutae.

25. Omnia eadem; dedi pill. gummosas cum caftor. ol. rorifinar. bals. Peruu. cum simili mixt. et infus. rorifinarini.

26. Vrina crassissimum sedimentum copiosum depofuit flauescens, reliqua eadem. Dedi eadem.

27. Vrina eadem, vox aliquando melior. Dedi eadem.

28. Omnia eadem, cum aluus stricta effet; dedi gr. xx. pill. cochiae.

29. Vrina eadem, aluum non depofuit, de dolore conqueritur per totum brachium et crus dextrum. Dedi fp. sal. ammon. dr. ij. tinct. succini dr. iij. aquae still. rutae vnc. vij. fyr. artemif. vnc. j℥. superbibendo infus. rorifinarini.

30. Omnia eadem, perrexi, nouum vesicatorium nuchae applicui.

31. Omnia eadem, perrexi.

1736. Ian. I. Aliquid loquitur, sed incondite balbutit, perrexi, et imprimis in frictionibus.

2. 3. Vt heri, perrexi.

4. Incipit brachium; et crus parum mouere, perrexi in iisdem.



Ian. 6. Crus heri doluit summopere, et iam illud mouet, brachii motus augetur, iam loquitur vnum verbum plus, quam antea. Perrexi.

8. Reliqua eadem, perrexi.

16. Hucusque perrexi, brachium eleuat, sed loquela impedita manet, scripsit, quod antea dextro oculo non tam bene videret, quod dextrum latus faciei esset infensile, iam sentiret, perrexi.

23. Vesperi ingens dolor capitis, et tensio, dolor brachii affecti, V. S. et dedi purgans ex tamarind. agarico. Febris magna.

24. Pulsus vix febrilis, anxietas. Dedi resid. decocti 25. De dolore pectoris conqueritur, febris leuis, tamen continua. Dedi decoct. bard. gram. scorzon. rob samb. nitrum.

26. Non dormiuit, vrina crassa, febris vt heri. Dedi eadem.

27. Melius se habet, minus febricitat, de dolore lateris queritur, sed minore. Dedi eadem.

28. Heri me inscio consuluit Cl. Boerh. Dedit pill. Ruffi dr. ij. asae foet. dr. jβ. ol. succini guttas x. sal succini gr. xv. fiant pill. gr. iij. omni trihorio tres. Dolet per  $\frac{1}{2}$  partem capitis, faucium, linguae, bono credo signo. Dedi infus. rorismar. serpill. thymi, etc. cum nitro, rob samb.

29. Sentit titillationem circa mentum, collum, faciem mediam semel aluum deposuit. Dedi eadem.

30. Melius se habet. Dedi infus. salu. rorismar. maior. cum aq. et lacte, et easdem pillulas.

Ian. 31. Omnia vt heri. Dedi idem infusum cum vino et aqua.

Febr. 1. Omnia vt ante. Dedi mixt. ex sp. sal. ammon. cum eodem infuso.

3. Vt ante. Dedi pill. ex castor. asa foet. gum. galb. ol. succini, bals. Peruu. superbibendo vinum medicatum ex maior. roremar. rad. raphan. rufic.

14. Ambulat iam; incipit digitos manus affectae mouere.

21. Aliqua verba iam profert, reliqua eadem, perrexi!

1737. Oct. 7. Sensim in melius profecit, sic vt plura verba proferat, brachium et pedem affectum longe commodius moueat, felix puerpera ante 8 dies, iam totum latus affectum a capite ad digitos pedis vsque pustulis rubris prurientibus admodum obsidetur, in altero latere ne vnica pustula apparet.

### *Arthritis.*

Dec. 23. Annorum 36 antea similibus morbis obnoxia dolores vagos nunc in brachio nunc alibi per totum corpus sentit, non dormiuit, ardorem in plantis pedum sentit, vrina sanae similis, lingua fordida. Dedi lap. cancr. nitruum, syr. diacod. aq. fl. rhoead. superbibendo infus. sassifr.

24. Nox molestissima, sensit animi deliquium, circa praecordia anxietatem summam, deinde quasi a praecordiis descendentem dolorem ad genu vsque, et ibi manentem, se per suram dispergentem, sed intolerabilem, genu tumet, vix febricitat, sap. ven. cum aqua et lacte

lacte instar fomenti, decoct. bard. alth. cum 3 fantalis dedi, et nitro.

Dec. 25. Febris nulla, dolor faucium aliquis, genu dextrum ingenti dolore cruciatur, non dormiuit. Dedi nitrum, lap. cancr. syr. pap. alb. vnc. j.  $\beta$ . aq. fl. rhoeados.

26. Vrina crassa, lateritia, dum se mouet, vertiginem sentit, ad femur vsque immobile crus, circa praecordia sentit angustiam, calcaneus sinistri pedis dolet, febris parua. Dedi idem.

27. Vrina subsedit lateritia, febricula leuis, dolor minor, nunc in calce sinistra, nunc circa scapulas, impotentia ad motum, alius per 8 dies stricta fuit. Dedi mixt. ex sp. antiscorb. syr. rhoead. melle, superbibendo idem infus. fassafra.

28. Febris parua, genu sinistrum dolet, et dextrum, sed minus, plantae pedis sinistri ardorem sentit, vix dormiuit, bis aluum deposuit. Dedi mixt. ex syr. diacodii, nitro, lap. cancr. tinct. contraieru. dr. j. aq. fl. rhoeados, superbibendo infus. fassafra cum aqua et lacte.

29. Vrina rubra cum crassa nube versus fundum, febris fere nulla, pulsus non ita fortis, respiratio bona, crus sinistrum dolet, dextrum vix, non dormiuit, sitis, rigores habuit, et crus dolens sudabat valde. Dedi decoct. rad. bard. cum semin. calidis, nitro, et diacodio. Menses fluunt parum.

Vesperi pulsus vix febrilis, dolor intolerabilis genu vtrumque occupat, sic vt eiulet summopere, phantasmata videt, ardor in plantis pedum, cum dormitur. bra-

chium finistrum cum impetu sursum eleuatur. Aluum deposuit. Dedi emuls. diacod.

Dec. 30. Sudauit fortiter, genu dextrum acerrime dolet, febris fortior, brachii finistri torporem ad motum sentit, delirauit circa mane, vrina sedimentum habet, heri aluum deposuit. Dedi mixt. ex rob samb. nitro, aqua samb. superbibendo decoct. bard. scorzon. gram. Vesperi sudor profusissimus, dolor summus, toto corpore aequabilis, reliqua eadem, perrexi.

31. Brachium vtrumque immobile est, finistrum tumet valde circa carpum, febris modica, circa praecordia anxietatem sentit, lingua fordida, sed humida, vrina subsedit, dolor dextrum crus et scapulas obsidet, manus sinistra valde tumet. Dedi mixt. ex nitro, lap. cancr. syr. diacod. aqua fl. rhoead. superbibendo lac et aquam. Vesperi omnia pacatiora apparent, perrexi.

1736. Ian. 1. Circa secundam noctis anxietas circa praecordia et fauces, et etiam circa septimam mane sudauit fortiter, vtrumque brachium immobile est, et dolet, sed imprimis tamen brachium dextrum, lingua fordida, vrina coloratior sana, cum nubecula, caeterum nox satis pacata fuerat. Dedi idem remedium, vt heri. Vesperi pulsus fortis, plenus, febrilis, dolor valde modicus, perrexi.

2. Hac nocte sudauit profusissime, dolor nunc inmanis crus finistrum occupat, manus sinistra melius mouetur. Dedi fortiss. decoct. rad. bard. alth. cum syr. rup. alth. diacod. fantakis, nitro. Aluum deposuit.

Vesperi

Vesperis subsultus brachii, sudor profusus, vaporosus, pulsus fortis, febrilis modice, dicit se leuiorem sentire et melius habere, sed mens videtur parum laborare, cum terrore euigilat, phantasmata videt, crus sinistrum minus dolet, dextrum plus. Dedi emuls. diacod.

Ian. 3. Nox incommoda, vix dormiuit, dolores saepe recruderunt, nunc dextrum crus imprimis dolet, pulsus plenus, febris fortis, vrina lateritium habet sedimentum copiosum, lingua fordida; heri mane aluum deposuit. Dedi mixt. ex sp. antiscorb. fyr. 5 rad. lap. cancr. aq. rhoead.

4. Nox modica, febris minor, pulsus bonus, dextrum brachium iam mouet, sinistrum tumet, dolet, sentit et circa praecordia dolorem saepe lancinantem, mox equanidum. Dedi mixt. ex sp. antiscorb. fyr. diacod. rhoead. lap. cancr. aq. cochl. tinct. contraieruae, superbibendo aquam et lac.

5. Sudauit hac nocte fortiter, febris iam fere nulla, vrina rubra. Dedi eandem mixturam, crus sinistrum iam dolet.

6. Sudauit copiose, pulsus parum debilior, vix febrilis, vrina colore sanae similis, in fundo habet sedimentum mucosum album, dolor iam dextram scapulam, et vtriusque tibiae spinam occupat, heri et aliquid molesti circa praecordia senserat, dum dolores illi lancinantes aderant in tibia. Nox incommoda fuit. Dedi similia.

Ian. 7. Vrina et pulsus vt heri, dolor scapulam dextram et crus dextrum occupat. Dedi pill ex sapone veneto, gummi ammon. tereb. cum iufuf. cöchl. cum aq. et lacte.

8. Vrina subfedit flauo sedimento, pulsus vt ante, dextrum brachium dolet imprimis, et ardet, et tumet. Dedi syr. diac. sp. vitae Math. aq. meliffiae, et peritexi in iisdem.

9. Vrina vt heri. pulsus vt heri, nox molesta, brachium, et crus dextrum, et brachium finiftrum dolet, non dormiuit, aluum, depofuit. Dedi mixt. ex syr. papau. albi, lap. cancr. aq. fl. rhoead.

10. Heri molefte fe habuit, brachium dextrum iam mouet, fed crura plus dolent, vrina sedimentum lateritium habet copiofum, dum deglutit, circa cardiam quafî aliquid molefti fenfit. Dedi mixt. ex lap. cancr. tinct. contraieruae, syr. diacod. aq. fl. rhoead. sp. antifcorb. superbibendo aquam et lac.

11. Modice fe habuit, vix febricitat. Dedi eadem.

12. Vrina subfedit, pulsus vix febrilis, melius fe habet, pectus finiftrum parum dolet, et brachium dextrum, aluum depofuit. Dedi sp. antifcorb. fal. volat. syr. diacod. lap. cancr. superbibendo aquam et lac.

13. Brachium vtriuque prae dolore immobile eft, et fenfit ante dolorem prius torporem quendam (*den arm fleep*) dolor et clauiculam vtramque occupat, sudauit fortiter, febris vix vlla, vrina subfedit lateritia. Dedi mixt. ex ammoniaco, fale card. bened. syr. diacod. aqua rutae, superbibendo infuf. fallaftras.

Ian. 14. Vrina subsedit, pulsus parum magis febrilis, dolor femora, lumbos ardor occupat, brachium iam mouet. Dedi sal. C. C. dr.  $\beta$ . cum fyr. diacod. laud. liquido.

15. Sudauit, vrina vt heri, reliqua eadem, non dormiuit. Dedi omni trihorio ol. C. C. gutt. xij. rectificatiss.

16. Heri ante assumptum medicamentum incepit quasi conuelli, et parum delirare, nox valde incommoda, vrina crassa, sedimentosa, delirat, roganti dicit, se bene habere, sed credit, se in aqua haerere, musculi faciei mouentur irregulariter parum, et brachia mouet, non conqueritur de dolore. Dedi epispastica et emuls.

17. Vrina eadem, febris nulla, brachia mouet, nox commoda, delirat tamen, acida appetit. Dedi lac ebutyrat. et reliqua eadem.

18. Melius se habuit, pulsus bonus, vrina eadem, dolor minor. Dedi omni 4 hora 6 gutt. ol. C. C.

19. Nox commodior, pulsus fortis, aequalis, vrina eadem. Dedi eadem.

20. Nox bona, reliqua meliora. Dedi eadem.

21. Vt heri, perrexi.

22 — 24. Appetitus redit, omnia meliora. Dedi ol. C. C. vt ante.

25. Vrina sanae similis, omnia in melius tendunt, perrexi. Pergit se melius habere, vrina sana, nihil dedi.

31. Latus dextrum, pes, et brachium dextrum dolet. Dedi ol. C. C. gutt. viij. omni quadrihorio.

Febr. Pulsus bonus; crus dextrum dolet, et *stiaapt* ante dolorem. Dedi sp. antiscorb.

4. Non dormiuit, vrina crassa, cum sedimento lateritio, dolor dextrum brachium et crus dextrum occupat. Dedi infus chamaepit. veron. beton. cum aqua et lacte.

6. Dolor parum minor, vrina aequa crassa, sed sedimentum non ita rubrum. Dedi eadem.

8. Vrina parum coloratior sana, febris nulla, minus dolet, sudauit fortiter. Dedi eadem.

10. Parum melius se habet. Dedi mixt. ex sp. antiscorb. syr. diacodij, superbibendo infus. assafras.

13. Melius se habet, perrexi.

16. Vrina sana, ambulat iam, aliquos dolores adhuc sentit, sed leues. Dedi eadem.

20. Satis bene se habet, reliqui

24. Vtraque manus immobilis est, et dolet, sed non febricitat. Dedi mixt. vt 10 Febr.

26. Vrina rubra sedimentosa, febris, dolor latus, et vtrumque brachium obsidet. Dedi similia.

27. Vrina vt heri cum sedimento rubro, dolor validissimus. Dedi vesperi diacodiatum.

Mart. 1. Vrina sanae similis, melius se habet, sed incipit torporem in brachijs sentire. Dedi eadem.

4. Satis bene se habet. Dedi infus. assafras, et reliqui.



*Constitutio anni 1736.**Januarius.*

Aegri modici numero.

*Febres catarrhosae* plures: 12 tractaui.*Tusses satis molestae*: inprimis in iunioribus.*Anginae*: 5 curaui.*Erysipelas*: 4 curaui.*Peripneumonia et peripneumoniae nothae* hinc inde, vti et pleuritides.*Apoplexia*: tres curaui.*Diarrhoeae*: sed paucae.*Februarius.*

Aegri modici.

*Epinyctides* hinc inde.*Catarrhi*: plures tractaui.*Pleuritides*: 6 tractaui, periit vna vetula.*Arthritides* plures: sex tractaui.*Tertianae verna*: faciles incipiunt.*Ophthalmiae* hinc inde.*Martius.*

Aegri plures vtcunque praeterito mense.

*Anginae* hinc inde, sed leues.*Tertianae*: sed paucae.*Arthritides* hinc inde.*Catarrhi*.*Pleuritides*: 5 curaui, vna periit vetula.

Aprilis.

*Aprilis.*

Aegrorum numerus vt praeterito mense.

*Catarrhi* plurimi.

*Acutae continuae*: 6 tractaui, duo perierunt, iuuenis nempe 19 annorum et vetula 70 annorum.

*Dysenteriae* satis numerosae: 13 tractaui, tres infantes, adultos 10 vnus infans periit, ad quem primo vocabar 10 die morbi, vbi iam exhaustus erat, nil sumebat medicamento; in initio morbi profuit purgans datum ex rheo, dein mixt. ex sp. sulph. per camp. tinct. cinnamomi, syr. diacod. dum morbus durauerat, vel tormina essent acriora, mixt. cum magna quantitate boli armenae et minori quantitate catechu profuit.

*Tertianae*: numero maiore ac praeterito mense, 12 curaui; inter illas tres duplicatas, tres infantes.

*Quotidianae*: sed paucae, tres curaui, iuniores omnes.

*Maius.*

Aegrorum numerus vtcunque minor circa finem mensis.

*Pleuritides* hinc inde: 4 curaui, tres adultos, et infantem 4 annorum.

*Tertianae plures*: et praedominabantur reliquis morbis, 20 curaui, inter illos 5 iuniores, adultos reliquos, profuit decoctum purgans 8 horis ante paroxysinum, quibusdam sponte fluxus alui sanauit morbum, quaedam in pleuritidem degenerabant, bis vidi hoc.

*Anginae*, sex curaui, faciles satis.

*Choleras*: tres habui curandas.

*Dysen-*

*Dysenterias*: tres habui curandas.

*Acutae* continuæ; tres. Perit vna mulier, sp. vin. potui addicta, periit et 60 ann. mulier, diu valetudinaria, quæ vixerat; puella 2 annorum euasit.

*Iunius.*

Aegrorum numerus exiguus, in primis circa finem mensis.

*Tertiana*: 11 curauit, 4 iuniores, adultos septem.

*Pleuritides*: tres curauit.

*Dysenteria*: 5 curauit fatis facile dato purgante ex rheo, dein cardiaco opiato, postea acida grata, biliosæ erant enim.

*Febres acutæ continuæ*: 5 habui curandas, binos infantes, qui perierunt, tres adultos, qui euaserunt, his profuit alui fluxus olidus, acidis excitatus.

*Anginæ*: binas curauit.

*Iulius.*

Aegrorum numerus admodum exiguus.

*Tertianæ*: 10 curauit, 9 adultos, iuniorem vnicum.

*Febres acutæ continuæ*: 4 habui curandos, minores binos, adultos binos, ex quibus vnus periit.

*Dysenterias*: duas curauit.

*Choleras*: binas habui curandas in iunioribus.

*Augustus.*

*Aegrorum* numerus exiguus sed circa 20 mensis incepit numerus aegrorum notabiliter augeri, oriebantur enim numerosæ

*Tertianae*: duplices fere omnes, raro anticipabant. De his vide mensē sequentem; 22 tractaui, 9 feminas adultas, 12 homines adultos, et trium annorum puellam, nullus periit.

*Cholerae*: tres feminas adultas, tres viros adultos curaui, dum maxime euacuabantur, oriebantur spasmi.

*Febris quotidiana*: vnicam tractaui.

*Variolas*: tres distinctas curaui, iuuenem 14 annorum, puellam 9 annorum, et adultam, quae periit. Vide supra. Extra urbem in pago Zoydendorp, non in urbe.

*Dysenteriae*: 4 habui curandas, tres feminas, quarum vna spirituosis potibus nimis addicta defecit, et senem 60 annorum, qui similiter sp. iuniperi nimis vsus fuerat dudum, ille in lienteriam incidens periit.

*Anginas*; binas habui curandas in puellis.

### September.

Numerus aegrorum satis magnus, praedominabantur

*Tertianae*: 38 tractaui, duos iuniores, adultos reliquos, 18 feminas, reliquos viros, 15 duplicatas, reliquas simplices, profuit purgans 8 horis ante paroxysmum, aliquando et repetendum, quod saepe sursum et deorsum magnam copiam olivae, nigrae materiae excussit; postea decocta tamarindor. cryst. tart. sal. polychr. rob samb. ribes. profuerunt, plerumque satis cito curabantur; quibus diutius durabant, repurgatis hic primis viis, ante paroxysmum pulueres ex cort. Peruu. serp. virg. laud. gr. j. superbibendo infus. salsafr. profuerunt;

recidivae

recidivae rarae, postea vinum absinthides, condita ex theriaca diathess. zingib. condit.

Quibusdam pustulae circa labia ortae tertio paroxysmo profuerunt.

Non vidi vomitorium adeo profuisse. Oculi in omnibus leuiter flavescebant, vrina rubra, flava, lingua fordida, capitis saepe dolor, fitis, nausea, apositia, anxietas circa praecordia.

*Quartanae* hoc mense inceperunt.

*Furunculi* infantes infestabant hinc inde.

*Cholera*: bis vidi, adultum, et infantem.

*Diarrhoeae* hinc inde.

#### October.

Numerus aegrorum vt mense praeterito.

*Tertianae* praedominabantur: 35 tractaui, 15 duplicatas, simplices reliquas, 23 sequioris sexus, mares reliquos, et inter illos vnicam iuniorem puellam 7 annorum, reliqui erant adulti, vnus periit adultus 40 annorum obesus, genio indulgens, qui 11 die morbi periit, oculis valde flauis, fiti immani, circa finem morbi delirauit.

Eodem modo decurrebant, vt praeterito mense, nisi quod circa finem mensis inprimis non ita typum seruaerent suum.

*Anginae*: 8 tractaui satis faciles.

*Peripneumoniae*: 4 tractaui, tres infantulos, vnus periit, et senem 60 annorum, qui euasit.

*Quartanae*: adhuc oriuntur.

#### November.

*November.*

Aegrorum numerus minuitur.

*Tertianae* tamen adhuc praedominabantur reliquis: **15** tractaui, **12** feminas vel puellas adultas, binos adultos viros, et puellam **3** annorum. Minus typum seruebant, leuiores erant, fatis cito curabiles.

*Diarrhoeae*: in quibusdam potius

*Dysenteriae*: decem tractaui, omnes adultos, **7** feminas, tres viros, fatis erant putridae, et in quibusdam sanguinolentae, purgans profuit, si nondum nimis fuerant debilitati, dein mixt. ex sp. nitr. dule. diamor. Nicol. rob ribes. diacod. et vbi acria erant tormina, magna copia bol. armen. in mixt. vel puluere. Nullus periit.

*Peripneumoniae nothae*: **5** curaui, seniores quatuor, et puellam **2** annorum; bini ex senioribus perierunt; tres viros, vnam feminam.

*Anginae*: decem curaui, nullus periit, septem adultas, et puellam **6** annorum, binos adultos, tres ex feminis supurauerunt.

*Variolae*: iuuenem **20** annorum curaui, qui Amstelodami, vbi grassabantur, contagium contraxerat, discretae erant, fatis mites, sed **11** die multae angustiae, febris acris soluebatur larga narium haemorrhagia.

*Quartanae*: quaedam adhuc oriuntur, praecedentibus mensibus ortae pergunt.

*December.*

*December.*

Aegrorum numerus adhuc minor, quam praeterito mense.

*Tertianae* incipiunt desinere: 4 adhuc habui curandos, binos infantes, binas adultas feminas.

*Scorbutus* in multis se manifestabat cum dolore gingivuarum, vrina crassa, febre, siti, maculis caeruleis.

*Pleuritides* hinc inde: tres curavi.

*Rheumatismi* hinc inde; 5 curavi, adultos omnes, tres feminas, binos viros, in binis fatis validis venam fecui, in 3 debilioris constitutionis non; curati sunt omnes.

*Catarrhi*: occupabant plurimos seniores, *peripneumoniae nothae*, tres curavi, binas anus, et senem vnicum, et circa finem mensis iuniores pueros et puellas *peripneumonia* quaedam occupabat.

*Febres acutae, continuae*: hinc inde.

*Parapoplexia.*

Dec. 27. Annorum 50 cephalea per multos annos laborauerat, heri laetus conuiuio meridie adfuit, fortiter manducans, potu non excefferat; hora 7 dicit se languere, mox concidit. V. S. instituta fuit, domum vectus curru; accessi hora 10 inueni paraplecticum; iussi fortissima epispastica, clystina acra. Mixt. c. dr. j. pilul. cochiae, aq. rut. vnc. viij. dedi pulsus non nimis fortis erat, vomuerat in curru.

Dec. 28. De nocte idem mansit, mane inueni intelligentem, vt videbatur, quae dicebam; sed parte dextra resolutum, non loquentem, manum sinistram capiti applicabat saepius, facies parum minus vultuosa. Dedi pilul. coch. scrup. iv. forma haustus; post horam euomit, manu indicat, se vrinam redditurum, applicui vesic. nuchae; acre clyisma ex hellebori dr. ij. colocynth. dr. β. decoctis; epispastica.

Post meridiem hora tertia me petente linguam exfererat ad latus sinistrum retractam; aliquid loquebatur, sed moleste, aluum saepe deposuerat, pulsus plenus, durus, febrilis, facies vultuosa. Iussi V. S. ad vnc. x. et decoct. tamarind. agarici, nitrum, syr. fennae.

Vesperis: singultus fuit saepius, aluum copiose deponit, pulsus febrilis, non ita durus, sanguis paucum ferum habebat. Iussi pergi in iisdem, et cucurbitas femoribus applicui.

29. Singultum hac nocte passus fuit, iactatio magna lateris sani, roganti sinistram manum porrigit, et linguam conatur exferere, aluus pergit fluere. Perrexi in iisdem, utroque oculo videtur vti. Dedi decoct. sal. polychr. cum syr. fenn. serpillio, thymo. sale polychr. cucurbitas iussi. Cl. B. consultus, se nihil aliud posse facere dixit.

Vesperis: febris maior, stertor aliquis in pectore, singultus aliquoties, appetit, intelligit, mouet satis acriter



ter partem fanam. Dedi decoct. gram. scorz. c. sale  
polychr. syr. fenn.

Dec. 30. Nox molesta, vrina crassa, turbida, febris  
modica, reliqua eadem. Perrexi in iisdem.

Vesperi: omnia eadem. Perrexi.

31. Inquies, iactatio magna tota nocte; petenti  
dexteram porrigit, respiratio cum maiori molestia, sin-  
gultum non habuit; iussi glystva vt 28.

Vesperi: respiratio breuior, stertorosa, pulsus celer, de-  
bilis, deglutitio difficilis, iactatio, inquietas. Dedi mixt.  
ex sale vol. oleos. dr. iij. tinct. succin. dr. ij. syr. fl. rhoe-  
ad. periit hora quarta.

*Dolor immanis femoris vtriusque, an  
scorbuticus?*

Febr. 19. Annorum 60 tormina saepe abdominis  
passa, scorbutica, et ideo pilulas gummosas cum mixt. ex  
sp. antiscorb. diu vsurpauerat, die 17 vesperi incepit con-  
queri de dolore circa natem femoris sinistri ad digitos  
pedis vsque protenso, heri vesperi et hac nocte dolorem  
immanem habuit, inueni sine febre, dolor sine vlllo tu-  
more ad tactum augebatur. Dedi decoct. bard. cum  
3 fantalis, syr. 5 rad. post meridiem lecto se committens  
dolorem immaniter auctum sensit, (spir. vin. cum fri-  
ctione hodie mane applicuerat) a minimo calore dicit  
augeri dolorem, qui hora tertia post meridiem ad syn-  
copen vsque auctus fuit. Dedi mixt. ex syr. diacod. dr.  
xij. sal. vol. oleosi dr. ij. aqua rutae vnc. vij.

Febr. 20. Dolor immanis fuit, febris nulla, ab osse sacro per vtrumque femur dispergitur, nec dormire potest, nec decumbere, dum vel flatum emittit, dolet. Dedi decoct. ex emollientissimis cum diacodio. Vesperi dolor fere idem, applicui vltimae lumborum vertebrae magnum vesicatorium, et dedi gr. xx. diascord. Sylu. forma mixturae.

21. Vesicatorium vesicam non fecit, rubebat tantum locus, febris nulla, dormiuit parum, nunc potest decumbere, vrina crassa, turbida. Dedi decoct. bard. cum infuso sassafras. Vesperi auctus fuerat parum dolor. Dedi diacodiatum.

22. Vrina subsedit lateritia, febris nulla, nox comoda, dolor nunc parum incipit augeri. Dedi infus. 3 fantal. cum aniso, angel. bard. femin.

23. Pustulae quaedam paruae in brachiis forma circuli ortae fuerunt, sic et in scapulis. Vrina turbida, febris nulla, lingua humida. Dedi mixt. ex sp. anti-scorb. lap. cancr. syr. diacodii.

24. Nox satis bona, vrina coloratior sana, febris nulla. Dedi eadem.

25. Vrina sanae similis, nox bona, aluus per 3 dies stricta fuit. Dedi gr. xv. pill. Ruffi, et infus. sassafras.

26. Vrina pallida, febris nulla, aluum duram semel deposuit muco tenaci vndique obductam, postea adhuc bis commode aluum deposuit, dolor tolerabilis  
admo-

admodum. Dedi mixt. ex sp. antiscorb. lap. cancr. syr.  
5 rad. aq. foenic.

Febr. 27. Bene se habet, vrina crassa. Dedi eadem.

28. Bene se habet, iussi pergere per biduum.

Mart. 1. Bene se habet, perrexi. Maculae caeruleae  
in femore interiore hinc inde eruperunt.

3. Feces crassas pituita tenaci obductas aluo depo-  
suit, febris nulla, appetitus languet, dolor nullus. Dedi  
tinct. myrrhae, sal. vol. oleos. aq. menthae, syr. menthae.

5. Aluum similem deposuit, languet adhuc. De-  
di eadem.

7. Bene se habet, reliqui.

### *Pleuritis.*

Febr.  $\frac{22}{2}$ . Annorum 68 die 20 vesperi febricitare in-  
cepit, heri dolorem in lumbis et abdomine, et imprimis  
in latere dextro sensit, vrina flammea, febris cum pulsu  
tenui, dolet in inspiratione, asthmatica vt cumque fuit an-  
tea, decoct. emoll. cum rad. foenicul. nitro, et syr. 5 rad.  
lateri iussi applicari fomentum ex aqua, lacte, et sapone  
veneto.

Vesperi: febris maior, vrina diuulsa, subsedit, dolor  
parum minor. Dedi nitr. rob samb. aq. samb.

$\frac{23}{3}$ . Nox incommoda, pulsus febrilis, debilis, lingua  
ficcior, dolor minor. Dedi emuls. cum decoct. auenae  
et nitro. Vrina vt heri.

$\frac{24}{4}$ . Lingua alba, crassa, pellicula obducta, vrina nu-  
beculam diuulsam dedit, febris intensa, debiles vires.

Dedi gratum cardiacum. Vesperi vires debiliores, facies liuida, respiratio breuis, sublimis ἀνασπνοια, periit hac nocte.

*Tertiana cum conuulsione.*

Mart. 30. Annorum 9 puellus, fatis boni habitus, die 27 incepit febricitare circa meridiem, sequenti die mane melius se habuit, scholam frequentauit, circa meridiem febris rediit, sic et 29. Hodie mane surgens frigit, et incepit febricitare, conuulsus post meridiem hora quarta, febris modica est, iussi clysmata, epispastica, et mixt. ex sp. sulph. sale polychr. rob samb. aq. samb.

31. Ad se rediit hora noctis secunda, apyrexia, vrina sana, bene se habet. Dedi purgans.

April. 1. Febris nulla, bene purgatus fuit, bene se habet. Dedi mixt. sal. polychr. rob. samb. aq. melissae.

2. Heri iterum febricitauit, vrina fatis rubra, apyrexia, nox fatis bona. Dedi similia.

3. Satis bene se habuit, perrexi.

5. Heri haemorrhagia narium, pridie febris fortis, heri bene se habuit, de nocte bene dormiuit, vrina subsedit copioso aequabili sedimento, incipit paroxysmus nunc mane circa 9. Dedi infus. contraieruae, serp. virg. sal. polychr. syr. 5 rad.

7. Parum melius se habet, perrexi.

9. Bene se habet, cum aliqua suspicio vermium esset, dedi anthelmintica ex vitriolo Mart. etc.

*Acuta continua.*

April. 8. Annorum 19 per aliquot dies lassitudinem habuit spontaneam leuem, et leuissimam vertiginem per biduum mane surgens habuit; post ambulationem heri incepit febricitare, inueni hodie vesperi febricitantem, lingua erat sicca, dolet caput, pulsus celer, non plenus. Dedi mixt. ex rob samb. nitro, sp. sulph. p. camp. aq. melissae,

9. Nox modica fuit, aluum duram deposuit, crura doluerunt, febris sed mitior, vrina sanae similis, leuis vertigo, oculi quasi grauati, respiratio bona. Dedi decoct. aperiens cum sale polychr. rob samb. ribes.

10. Heri post meridiem peius se habuit, et plus febricitauit, circa vesperam incepit saepius aluum deponere, sic et tota nocte, ita vt 12 aluum deposuerit, de nocte narium haemorrhagia, leuamen ab alui fluxu, caput minus dolet: crampum pedum habuit, fauces leuiter inflammatae, febris fortior, quam heri, lingua sicciior, vrina crassa sedimentosa, parum delirauit heri, iussi balnea pedum, et dedi sp. sulph. rob samb. ribes.

11. Bis aluum tenuem deposuit, ter horripilationes habuit, febris cum pulsu non ita pleno, lingua sicca, vrina crassa, respiratio bona. Dedi decoct. bard. gram. cum succo pom. chinens. syr. citri, rubi idaei, sale polychr. etc.

12. Febris minor, leue delirium habuit, inueni dormientem, saepies aluum deposuit, vrina crassa turbida. Dedi diamor. Nicol. rob ribes. aq. samb. aq. me-

liffae. Vesperi febris vt mane, vrina eadem, exanthe-  
mata in manibus, et hinc inde in facie, delirauit, nunc  
bene respondet, fitis. Dedi eadem.

Apr. 13. Non dormiuit, exanthemata vt ante, deli-  
ria; aluum saepe deposuit, febris vt ante, lingua sicca,  
vrina turbida, caput minus dolet. Dedi emuls. gratum  
cum decoct. gram. bard. nitro, etc. Vesperi delirat, di-  
cit, se non aegrotare, lingua sicca, oculi rubri, aluum  
in lecto demisit, exanthemata adsunt, febris fortior, cum  
pulsu tamen non ita forti, iussu epispastica, balnea pe-  
dum, epithema fronti.

14. Dormiuit parum, delirat, pulsus celer, paruus,  
oculi vt heri, nec aluum, nec vrinam deposuit, lingua  
sicca, nec sitit. Dedi rob. ribes. diamor. syr. succi citri,  
succum pom. chinens. aq. hord. balnea, epispastica.

15. Manus humidiores sunt, febris mitior, delirat,  
lingua sicca, gingivae humidiores apparent, aluum non  
deposuit, clam demisit vrinam, non assumit medicamen-  
tum, nec multum potat, iussu clyfina, balnea pedum,  
epispastica, et idem remedium.

16. Tota nocte ἀνασθηντος iacuit, aphonos, clyf-  
ma multas feces eduxit, exanthemata incipiunt minui,  
sudat toto corpore, nec potum, nec medicamenta assu-  
mit. Iussi omni quadrihorio vnc. x. aquae et lactis  $\frac{1}{3}$  in-  
iici, foueri corpus aqua tepida vbique. Vesperi pulsus  
celerrimus, respiratio breuior, laboriosa, album oculo-  
rum solum apparet, facies contracta, ἀνασθηντος iacet,  
calor fortis ad extrema vsque, periit post horam.

*Puerperium, placenta in utero manente.*

Mai. 5. Tenera foemina 24 forte annorum per 6 menses grauida, iam per 2 menses saepius de utero sanguinem dimiserat, parca copia quidem, sed saepe ta-  
men. Die 3. Maii infantem peperit mortuum, sic ut remanserit placenta in utero. Dedi cardiacum ex ol. cinam. etc. superbibendo emulsum gratum. Tota die se bene habuit: nox sequens cominoda fuit. Cl. Boerh. iussit ol. amygd. dulc. cum bals. Peruu. dari. Heri circa undecimam ante meridiem febrisprehendit, duravit tota die: nox molesta, sitis ingens: per aliquot momenta ἀκνησάω sensit in toto corpore: riguit, caluit valde: mane febris adhuc intensa. Cl. B. iussit omni  $\frac{1}{2}$  hora dari vnc.  $\beta$ . sequentis: ℞. aq. melissae libr.  $\beta$ . corall. rubr. gr. x. lap. cancr. dr. j. sp. melissae dr. ij. syr. Kermes dr. j. tinct. contraieru. succini ana dr.  $\beta$ . superbibendo decoct. hordei: fouendum abdomen aqua, lacte, et sapone venet. circa meridiem grumos sanguinis et quasdam placentae reliquias dimisit. Vesperi placide se habebat, sine febre. Omni quadrihorio iussit fumi vnc.  $\beta$ . mixturae.

6. Nox modica, apyrexia, mane volens urinam dimittere, non poterat, paullo post sine multo dolore secundina excussa fuit cum residuo funis umbilicalis. Dedi gratum emulsum cardiacum. Circa meridiem dolores enormes erant, grumi exercebantur, leuia animi deliquia, pulsus celer. Dedi laud. liq. aliquot guttas in mixtura. Vesperi se satis bene habebat sine febre, sine dolore.

Nox commoda, tamen non multum dormiuit, febris nulla, mammae turgent, aluus stricta, motum quasi infantis in abdomine sentit, quod adhuc tumet, lochia parca, lingua modice humida. Dedi mixt. card. cum multis absorbentibus.

Mai. 8. Heri vesperi mammae tuebant, et molestae erant: iussi vt ducerentur. Nox commoda, febris nulla; mammae iterum turgent: duci iussi, et perrexi in iisdem. Vesperi in vtraque mamma indurationem sensi. Febris nulla: iussi applicari cataplasma ex emollientibus et sapone veneto, ol. lini, far. liui.

9. Omnia vt heri, perrexi.

10. Bene dormiuit: induratio mammarum minuitur: febricula leuis: appetitus bonus. Dedi pulu. absorbentes. Conualuit.

### *Peripneumonia.*

Iun. 4. Annorum 73. vegetus senex lassitudinem per triduum sensit, hodie mane exiit; febricitauit circa meridiem: de aliquo dolore pectoris dextri conqueritur: facies tensa, rubra. Dedi decoct. auenae, aq. citri, nitrum, rob samb. suasi balnea pedum.

5. Omnes artus dolent conquassati: dolor pectoris minor: parum dormitauit: lingua sicca: bullam nigram, siue pelliculam talem eleuatam nigram in lingua habet: febris modica, respiratio satis bona: vrina tenuis flamma cum nubecula: caput non dolet. Dedi decoct. bard. gram. scorz. auenae, rob samb. ribes. nitrum.



Iun. 6. Nox satis bona, vrina sanae similis cum nubecula superiora petente, pulsus debilis, non febrilis: lingua adhuc sicca, nigra: dolor artuum euauit: in pectore sinistro quasi oppressionem sentit. Dedi decoct. gram. auenae, scorz. cum syr. succi citri, rub. idaei, aq. cinam. nitro.

7. Heri vesperi anxietatem circa cor sensit a nucha quasi descendente: pulsus febrilis magis heri vesperi, tamen aequalis: respiratio bona, non dolens: nox inquieta, infomnis: anxietas illa manet fere vt heri: lingua adhuc sicca: vrina sanae similis cum nubecula, pulsus non febrilis debilis. Dedi aq. cort. citri, aurant. mellissae, rob ribes. samb. cum sale polychr. et nitro.

Circa meridiem riguit, postea anxietas aucta, tamen respiratio bona: adnata oculi rubet: facies rubra, vrina sana; aluum semel depofuit: lingua adhuc satis humida, pulsus debilis, vix febrilis, parum plus anhelat: non dormiuit: iussi balnea, epispastica, et dedi gratum cardiacum emuls. cardiae applicui rutam contusam cum ammoniaco, pane, theriac. dr. iij. In emuls. erat vnc. j. diacodii.

8. Vrina flammea cum nubecula fundum petente: pulsus bonus:  $\frac{2}{3}$  emulsi sumferat: dormiuit satis placide; lingua humidior, et crustae quasi secedunt parum, anxietas illa abest. Dedi syr. rubi idaei, succ. citri, rob ribes. aq. citri, nitrum.

Vesperi leue delirium fuit, lingua sicca, febris nulla: somnolentus parum: tamen bene respondet ad interrogata.

rogata. Dedi gratum cardiacum emulsum, non assumfit medicamentum.

Iun. 9. Tota nocte soporosus iacuit: vrina vt heri, pulsus adhuc satis bonus, non multum febrilis. Dedi eadem.

Vesperi vrina vt ante, delirium, lingua ficca, singultus, anxietas illa, pulsus debilis, varius. Dedi sal. C. C. dr. j. viii. rhenani vnc. iij. fyr. succ. citri. vnc. j. tribus vicibus ideam emulsum, idem epithelma.

10. Nox inquieta; delirat; pulsus vt heri; respiratio profunda: vix assumfit potum. Dedi decoct. gram. bard. cum ruta, fyr. citri, rob ribes. nitro.

Singultus adhuc: mens magis constat: pulsus fortior et melior, respiratio melior: vrina vt ante. Dedi ideam decoctum.

11. Pulsus longe debilior, nox incommoda: lingua crustam aphthosam crassissimam habet: vrina sanae similis cum nubecula fundum petente: singultus durat: manus frigidiusculae. Dedi vinum rhenanum, fyr. rubi idaei, succ. citri, aq. citri, cinnam. melissae. Vesperi singultus, vrina vt ante: lingua parum humidior, a minimo deglutito augetur singultus: pulsus non febrilis, parum fortior quam mane. Dedi ol. amygd. cum vitello oui, melle, aqua rhoead.

12. Nox molesta, pulsus vt heri; in vrina subsedit nubecula: singultus: fauces aphthis oppletae sunt. Dedi eadem, et succo raparum cum melle oleum colluendum iussi. Omnia eadem: perrexi.

Jun. 13. Nox molestissima fuit: nihil fere deglutire potest; pulsus debilis, aequalis: mens constat: vrina sana. Dedi eadem. Vesperi pulsus melior, lingua humidior, deglutitio tamen impossibilis. Aluum deposuit.

14. Nox molesta: pulsus fortior: lingua humidior: hinc inde crustae aphthosae secedunt; nouae succedunt: perrexi. Vesperi eadem. Aluum deposuit.

15. Nox minus molesta: aliquid deglutire potest: pulsus vt heri, respiratio bona. Perrexi.

16. Minor singultus: nox modica: aliquid deglutit, et lac ebutyratum cum hordeo coctum sumsit: semel aluum deposuit semiliquidam, copiosam, ex albo flauescentem. Dedi mel cum vino rhenano, vitello oui, ius carniuum.

18. Pulsus debilis, aequalis, respiratio bona, singultus nullus: lingua in medio crassam habet adhuc crustam, ad latera non amplius: vrina sana: deglutitio melior: perrexi.

19. Lingua magis pura: dedilitas: pulsus tamen aequalis, sed debilis: vrina sana: aluum similem deposuit heri, ac 16 Iunii. Assumit ius carniuum, lac ebutyratum. Sinistrum corporis latus debilius videtur.

20. Illa debilitas sinistri lateris, vt heri, aucta potius: brachium difficilius eleuat: reliqua vt heri. Dedi infus. rutae, cort. citri, contraieruae cum aqua et vino.

21. Brachium minus mouet, sed pedem eiusdem lateris satis alacriter: pulsus debilis, vrina sana: aluum semel deposuit similem vt ante: lingua et fauces nitidae, humidae: non dormiuit: vesicatorium nuchae applicui.

Jun.

Iun. 22. Brachium melius mouet: vrina sana: febris nulla: non dormiuit: appetitus melior. Dedi dr. ij. sal. vol. ol. in mixtura.

23. Brachium melius mouet: adhuc de anxietate quadam circa praecordia queritur: lingua nitida, appetitus bonus: reliqua meliora: perrexi.

24. Omnia meliora. Dedi eadem.

26. Appetitus nondum multus: vires augentur: alius respondet. Dedi elix. propr. dr. iij. cum aq. menthae, omni trihorio vnc.  $\beta$ .

28. Melius se habet: appetitus languet adhuc parum: vires insurgunt: hac nocte aluum copiosam deposuit: de anxietate vt 23 adhuc conqueritur. Dedi theriac. diatess. zingib. cond. ana vnc. j. theriac. Androm. dr. ij. omni trihorio dr. j. non dormit multum.

*Acuta continua.*

Iul. 8. 48 annorum, catarrho per 3 septimanas dicit se laborauisse, die 5 Iulii incepit febricitare, febricitat hodie magna febris acuta continua cum pulsu satis duro: lingua flaua sordida, sitis magna, lac ebutyratum appetit, dolet caput, menses a paschate cessauerunt. Dedi decoct. tamarind. rad. gram. bard. scorzon. cum rob samb. nitro.

9. Tussis molesta hac nocte, sitis et febris vt ante, dolor minor, lingua vt heri, sed magis fusca, dolet caput, vrina fulua cum crassa nube circa fundum. Dedi sal. polychr. rob ribes. samb. aq. melissae, succ. citri recens pressum.

Iul.

Iul. 10. Febris fortior, lingua fordida: tussis molesta fuit: Sputa copiosa, tenacia, purulenta, delirauit tota nocte. Dedi decoct. auenae, bard. gram. scorz. cum rob ribes. samb. nitro. Periit hora 1 post meridiem.

*Convulsio, an chorea S. Viti?*

Iulii. 8. Annorum 18 vegeta, fatis repleta et licet firmo fatis videretur corpore, in genere neruoso tamen valde mobilis, ante 3 septimanas (credo validos animi affectus fuisse praegressos) circiter incepit conqueri de anxietate circa praecordia, postea brachium incepit moueri praeter voluntatem aliquoties, dein crus vnum, postea et alterum. Venatu ipsi sectam fuisse aliquoties, dicunt, et quaedam remedia adhibita. Inueni hodie hoc modo: omnes muscoli faciei, linguae, oculorum, et totius corporis miris et variis modis mouebantur, nec per momentum quiescebat, quin haec, vel illa pars moueretur; poterat tamen per momentum ex voluntatis imperio partes mouere, sed paulo post motus illi convulsiui iterum aderant. Extendebat v. g. manum, dum hoc rogabam, sed mox sursum deorsum etc. illam proiciebat. Sensus interni et externi, memoria, ratiocinium valent: loquela perturbata est, tamen quae vult, loqui potest: actiones vitales et naturales bonae: per duos menses se grauidam credit. Dum dormit, omnes illi motus silent, somnus tamen non reficit: euigilans dicit, se tempore somni fuisse auxiam summopere, et insomnia turbulenta habuisse, simul ac euigilat, motus illi convulsiui augentur immaniter. Emplastrum ex galbano plantis

plantis pedum applicui. Dedi omni trihorio pill. 2 ex galbano, opopan. sagap. marte vitriol. superbibendo infusum valerianae, petasit. paeon. macis, vnc.  $\beta$ .

Iul. II. In his perrexit per triduum, sed non assumfit regulariter. Cl. B. consultus praescripsit sp. fal. ammon. tinct. castor. an. dr. j. aq. rutae  $\mathbb{C}$ . j. omni bihorio vnc.  $\beta$ .

14. Omnia eadem, stridor dentium horrendus, anxietas magna circa praecordia: Cl. B. iussit V. S. et quidem in pede fecisset, nisi periculum fuisset, iussit fieri in manu: pulsus erat valde sedatus. Post V. S. per 4 horas dormiuit, dein recruduerunt omnia, nisi quod manus, vbi V. S. fuerat, quieta magis foret. Dedit et decoct. alth. rad. fol. flor. cum syr. alth. omni hora vnc. j.

16. Omnia eadem, aluus stricta: iussit Cl. B. omni trihorio vnc.  $\beta$ . huius:  $\mathbb{R}$ . sp. fal. ammon. dr. j.  $\beta$ . aq. rutae  $\mathbb{C}$ . j. et idem decoct. et mannam.

17. Omnia eadem, aluum non deposuit: iussi iterum mannam.

18. Conuulsiones fortiores.

19. Nox terribilis fuit: conuulsiones fortissimae. Cl. B. V. S. iussit ad vnc. x. dein statim sumendum purgans:  $\mathbb{R}$ . cinnab. nat. gr. vj. resin. ialap. gr. v. scammon. gr. viij. sachari gr. x. stib. diaph. et post finitam purgationem vno-haustu sequens:  $\mathbb{R}$ . aq. melissae vnc. ij. lap. cancr. dr. ij. laud. puri gr. j. De nocte, cum nondum purgata esset, iussi acre clystina applicari.

20. A clysmate bis aluum deposuit, iam parum quietior est: pulsus celer. Dedit Cl. B. pill. coch. dr.  $\beta$ .  
fal,

fal. polychr. gr. xx. fyr. rosar. cum fenna vnc. j. aq. cichor. vnc. j.  $\beta$ . finita purgatione opiatum.

Iul. 21. Heri vesperi post purgans quiete se habuit, et potuit surgere, nox tamen incommoda; hodie mane inueni dormientem. Iussi pergere in vsu decocti emollientis, et omni trihorio vnc.  $\beta$  mixt. vt 16 Iul.

22. Heri tota die dormiuit: motus illi longe minores sunt: iussi pergere. Post meridiem saepies aluum deposuit, et incipit aliqua oriri de vtero haemorrhagia, obstetrix vocata os vteri parum hians inuenit. Dedi gratum emulsum cum diacodio.

23. Nox non ita commoda, fridor dentium, debilem se sentit: haemorrhagia cessauit: motus adhuc adsunt, sed minores. Cl. B. consultum duxit, vtatur modice sedantibus et nutrientibus vno vel altero die; hinc omni trihorio ius carniū suasi, et dedi gratum emulsum cum pauxillo diacodii.

24. Tinnitus aurium et bombus: heri abortum excussit sine magna haemorrhagia: febricitat: nox incommoda: cum terrore euigilat: motus illi conuulsui, sed minores ac ante, similes fere ac heri: fridor dentium satis validus: lochia nulla. Dedi gratum emulsum auenaceum cum nitri pauxillo et diacodio.

25. Nox incommoda: non dormiuit: linguam noluit exserere: delirat: aluum saepies clam in lecto deponit: emulsum noluit assumere, nec ius carniū.

26. Nox incommoda: non dormiuit: delirat: aluum liquidam deposuit: febris continua, lingua sicca. Cl. B. mane et vesperi iussit dosin sequentis:  $\mathcal{R}$ . corall.

rubr. dr.  $\beta$ . lap. cancr. dr. j. cinnab. nat. gr. xij. contra-  
ieruae dr. j. serpent. virg. dr.  $\beta$ . m. f. pulu. diuidatur in  
12 doses.

Iul. 27. Bis heri, hodie ter aluum similem deposuit:  
viscidum dentibus circumnascitur, delirat: lingua sicca,  
aspera: motus aliqui, sed minores, non dormiuit. De-  
di emuls. auenaceum cum vnc. j. diacodii vt ante.

28. Febris continua, dormiuit per biberium hac  
nocte: inueni hodie mane dormientem. Dedi idem  
emulsum sine diacodio.

29. Periit hac nocte.

### *Cholera.*

Iul. 16. Annorum 10. tenerae fabricae heri copiam  
ingentem ceraforum in horto manducauerat, hac nocte  
cum summa anxietate et torminibus aluum incredibili co-  
pia deposuerat, et vomuerat aliquoties: mane oculi con-  
tracti, labia liuida, pallor extremorum fuerat: inueni  
pulsum debilem, celerem, faciem collapsam, oculos ca-  
vos: omnia ingesta euomebat: theriac. cum cerat: sto-  
mach. ventriculo applicui. Dedi mixt. ex sp. sulph. syr.  
diacodii, tinct. cinnam. Vesperi febris intensa: omnia  
euomuit, aluum non deposuit, dolor vtriusque hypo-  
chondrii: respiratio satis bona: fitis, lingua nitida. De-  
di emuls. cum diacodio, tinct. cinnam.

17. Nox incommoda; omnia euomuit: aluum non  
deposuit, respiratio bona, rutam, panem cum theriaca  
cardiae applicui.



Febris minor, omnia euomit: non dormiuit. Dedi laud. liq. gutt. xxx. aq. menth. vnc. j. fyr. menth. dr. iij. tribus dotibus.

Iul. 18. Febris minor, fere nulla: anxietas fuit, leue delirium, lingua nitida, omnia euomit: fitis magna: aluum non deposuit: theriacam applicui cum mastiche, ol. menthae ventriculo. Dedi succi citri dr. ij. et postea gr. xv. sal. card. bened.

Vespero febricula leuis: ingesta euomit: facies collapsa: fitis magna, aluum non deposuit, flatus copiosi. Dedi sp. sulph. miuam cydon. aq. cinnam. menth. laud. liq. gtt. xx.

19. Nox melior, minus vomit, parum delirauit: pulsus minus febrilis, respiratio bona, oculi rubent. Dedi gratum emulsum.

20. Parum melius se habet: non assumit medicamenta.

21. Non vomit, omnia meliora.

22. Bene se habet in omnibus. Conualuit.

### *Dysenteria.*

Aug. 13. Annorum 62. per 10 dies iam dysenteria cum multis torminibus laborauerat: aluo flauam,OLIDAM, materiam deposuit: pulsus debilis, sed non febrilis: vrina sana. Dedi pulu. ex rheo, scammon. etc. et cardiacum opiatum.

14. Febricula modica, ter aluum deposuit a pulvere: nox modica, tormina minora, lingua ficca, flaua: semel hodie mane aluum deposuit: fitis, appetitus de-

letus. Dedi diamor. rob ribes. tinct. cinnam. aq. melissae, succ. citri.

Aug. 15. Pulsus valde debilis, vrina coloratio sana, aluum flauum, foetidam parca copia saepe pergit deponere, lingua humidior. Dedi gratum emuls. diacodiat.

16. Aluum iam per 16. horas non deposuit, pulsus parum fortior, lingua parum humidior: dolor vtrumque hypochondrium occupat, dum erigit corpus, molestus.

17. Pulsus debilis, fatis celer, respiratio bona: aluum saepe deposuit flauum, parca copia, olidissimam, fitis, dolor circa hypochondria vt ante, lingua flaua, fordida, modice humida. Dedi sp. nitri dulc. diamor. syr. diacod. rob ribes. tinct. cinnam.

18. Pulsus debilis, lingua sicca, aluus pergit fluere, sed iam lenteria est, debilitas, vrina coloratio sana. Dedi decoct. bistort. torment. cinnam. sp. sulph. per camp. syr. diacodii.

19. Lienteria aucta, dolor hypochondriorum, dum se mouet: pulsus debilis valde, medicamenta non vult assumere, applicui abdomini empl. ex labdano, camph. mastiche. Perit.

### *Febris acuta continua.*

Aug. 15. Annorum 35. plethorica quondam fatis, biliosis morbis saepe obnoxia vixerat, iam per 14 menses defecerunt menstrua, ante 3 menses leui ictero laborauerat. 23 Iulii vocatus inueni conquerentem de magna anxietate circa praecordia; abdomen tumidum sine grauiditatis reliquis signis, febriculam, leuem icterum in

oculis,

oculis, aluum strictam. Decoctis tarax. gram. fumar. cum sale polychr. tart. vitriol. vitriolo Martis, pill. ex galb. rheo, etc. tentavi resoluere obstructa, unguento arthanitae et Martiato iussi perfricari abdomen. Aluo multa olida excreuit, viridia, nigra cum leuamine. Conquereretur de dolore lumborum et abdominis imprimis. 6 Aug. bene se habebat: 8 exiuit: 9 vocatus inueni febricitantem, de ingenti dolore circa os sacrum et infimas lumborum vertebrae conquerentem. Sentiebat durum tumorem in sinistra abdominis parte: tentavi similibus resoluere. Somnus nullus, vrina a 6 hucusque rubra, foetidula, cruda. Debui aliquoties vesperi dare gr. j. opii, vel syr. diacodii. Aluus similiter olida, viridis, nigra. Incepit die 11. grauitatem sentire in humeris: febris hucusque continua.

Die 12 post meridiem manus tremere inceperunt; impotentiam in brachiis habuit, sic, vt eleuare non potuerit: dolor circa os sacrum haecenus satis validus: dolor et tumor abdominis euauerunt: febris aucta: brachiorum resolutio aucta quotidie, et in cruribus idem incepit malum. Dedi decoct. gram. abdomen et humeros pannis laneis asperis perfricari iussi. Die 13 gena sinistra incepit tumere, et labii inferioris sinistra pars profunde exulcerari cum maligna duritie et foetore: sp. sal. cum melle ros. aq. ros. iussi ablui saepius. Febris aucta multum hodie mane, vrina eadem, impotentia maior: incongruum dedit responsum. Dedi decoct. auenae, gram. recent. cum pauco thymo, rob samb. nitro.

Vesperī facies vultuosa, febris vt ante cum pulsu duro, sed minus quasi pleno: brachia, crura impotentia vt ante: lingua humidior, vrina pallidior carnem assam redolens quasi. Dedi idem decoct. et vesperī haustum ex serp. virg. et contraierua.

Aug. 16. Facies parum minus vultuosa, vrina rubra, foetidula, eruda: delirauit hac nocte, et nox inquieta fuit: febris parum minor: aluum bis deposuit nigram, olidam, valde tenuem. Dedi decoct. acetosae, gram. tarax. cum sale polychr. tart. vitr. oxym. simpl. fyr. 5 rad. Sudavit circa quintam: febris minor: muscas in mensa currentes se videre putabat; lingua sicca: impotentia brachiorum maior: semel aluum deposuit nigram, olidissimam: crepitus olidissimi: mens constat. Dedi eadem.

17. Non dormiuit: pulsus satis fortis, modice febrilis: lingua humidior: lemae in oculis, et circa angulos oculorum lacrymae: impotentia brachiorum: aluum parca copia olidissimam, viridem, deposuit: respiratio bona. Dedi idem decoct. et omni bihorio vnc. β. frequentis; ℞. tinct. contraieruae dr. iij. fyr. 5 rad. aq. rutae.

Vesperī respiratio breuior: vrina foetidula vt ante: appetitus modicus: febris vt hodie mane.

18. Nox insomnis, sed quieta: oculi vt heri, vrina vt ante, febris vt ante: lingua parum humidior: aluum nigram, olidam, semel deposuit paulo crassioris consistetiae. Dedi mixt. ex rob. ribes. fyr. citri, aq. cinnam. rubidaei, sp. vitae Math. nitri dulci, et misturam hesternam tinct. contraieruae.

Vesperis febris vt ante: vox minus sonora: oculi lemas habent crassas, et magna copia ichorosae materiae ex oculis fluit: immobilitas brachiorum maior: lingua nigra sed humida: bis aluum sinisem deposuit: vrina similis: lac ebutyratum sumsit. Dedi pulu. cardiacos ex oleo cinnam. et pauxillo contraieruae, et residuum mixturae.

Aug. 19. Dormiuit a 10 ad 3 mane, sed somnus laborem fecit, et cum delirio euigilauit: febris fere vt ante: vox, lingua, vrina, oculi, vt ante: ad interrogata bene respondet: aluum non deposuit. Dedi aq. citri, sp. vitae Math. nitri dulc. rob ribes. diamor. syr. succi citri diamor. Nicol.

Vesperis febris fortior, vrina nubeculam habet in fundo, lingua, vox, oculi vt ante: pedes, dicit, se facilius mouere; manus minus mouet. Periit hora 1 noctis.

### Variolae.

Aug. 18. Die 16 incepit febricitare cum magna anxietate, nunquam variolas passa, et ante 14 dies in domo, vbi habitabat, iuuenis mitissimis variolis laborauerat. Inueni hodie post meridiem vomentem continuo; febris continuo acris fatis: multam bilem vomebat: suspicabar esse morbi praecedentis paroxysmum, vel simile quid. Dedi nitri. rob samb. sp. sulph. per camp. iussi, vt aqua tepida pota ventriculum bene elueret.

19. Inueni adhuc anxiam parum, minus vomentem: stigmata hinc inde in facie et manibus apparebant variolosa. Dedi decoct. gram. bard. scorz. rob ribes. samb. nitrum, et pulu. ex slib. diaph. cinnab. nat. gr. vj. lap.

cancr. omni trihorio dosin: pro potu hydrogalam ex  $\frac{3}{4}$  aquae, balnea pedum, epispastica.

Aug. 20. Nox inquieta, leue delirium, febris adhuc satis fortis: heri mane dixerunt euanuisse omnia stigmata, postea rediisse: inueni satis numerosa: in manibus hinc inde magnas rubras maculas, minutissimas multas; videbantur esse distinctae. Aquam cum lacte repudiat, sed aquam puram, quam in sanitate solet potare, expetit. Dedi simile decoct. et eosdem pulueres.

21. Nox inquietissima: inueni post meridiem ferociter delirantem: variolae vix auctae, maculae illae magnae in manibus erant purpureae, intercurrebant maculae liuidae penitus, pulsus debilis, celer, stigma liuidum in labio inferiori: praedixi mortem: adstantes dixerunt odorem cadauerosum, foetidum habere admodum, ego parum olfactu semper hebetior non multum sensi.

22. Heri ad vesperam vsque furibunda fuit, tunc in lectum tulerunt, vbi pessime delirauit: inueni hodie post meridiem hora 3 variolas plus tumentes, rubras, maculas liuidas, pulsus fortior, celer, pedibus nudis extra lectum porrectis iacet, sine loquela: nec potum nec medicamentum assumit. Iussi sp. sulph. potui communi instillari. Odor cadauerosus vt ante.

23. Aphonos ἀναίθνητος iacet, variolae subsederunt, maculae latae liuidae auctae mole et numero, nullum suppurationis vestigium, discretas tamen sunt variolae: ichor olidissimus, cadauerosus, ex ore effluit: mentes ingenti copia proruperunt, licet ante 12 dies naturali ordine et tempore fluxerint. Pulsus debilis, celer.

Aug.

Aug. 24. Omnia eadem: vesicae gangraenosae in manibus apparent.

25. Respiratio brevis, stertorosa; pulsus debilis, celer: non suppurant, vesicae magnae gangraenosae auctae, maculae liuidae latius sparguntur.

26. Perit hora 9 mane.

*Febris intermittens.*

Sept. 30. Annorum 41 obesus, plethoricus die 27 incepit aegrotare, vesperi melius se habuit. 28 febricitauit tota die vsque ad 29 mane, vt dicit, tunc melius se habuit, circa vesperam iterum febricitare se dicit, 30 mane in curru aperto vectus per 6 horas febricitauit, inueni post meridiem febricitantem; lingua alba penitus: faciem turgidam, oculos flauescentes: iussi balnea pedum, decoctum largum ex tamarindis, gramine, bardana, scorz. cum syr. cich. cum rheo vnc. iij.

Oct. 1. Letamen a decocto et balneis et nox satis commoda: aluum bis deposuit: halitus foetidus: apyrexia hodie mane: vrina flammea cum nubecula. Dedi purgans ex scamnoneo, rheo, slib. diaph. et mixt. ex rob samb. ribes. sale polychr. aq. melissae, sp. niri dulci.

2. Heri bis aluum deposuit, circa vesperam incepit se peius habere: tota nocte magna anxietas fuit, et sitiuit immaniter. Potauit incredibilem copiam mol, lingua magis fusca, dolor lumborum magnus: vomuit: oculi flauescentes: vrina ob multum potum tenuis, sanae similis. Dedi decoct. tamarind. rad. acetosae, gram. scorzon. ad ℥. iv. cum rob samb. syr. fl. viol. sale poly-

chr. et pulu. vi. ex vnc.  $\beta$ . crem. tart. tart. v triol. dr. i  $\beta$ .  
 contraieruae dr.  $\beta$ . febricitabat adhuc hodie mane.

Sept. 3. Saepius inde aluum deposuit cum leuamine :  
 lingua humidior : nox commoda ; apyrexia hodie mane.  
 Iussi pergere in vsu decocti.

4. Circa quintam incepit heri male se habere : fe-  
 bricitauit tota nocte, delirauit : oculi flauī, lingua sicca,  
 magis fusca, sitis immanis ; hoc mane febris : nox in-  
 quieta : aluum deposuit semel : vrina vt heri : multum  
 potauit. Dedi mixt. ex syr. cich. c. rheo vnc. iij. sal.  
 polychr. dr. iij. omni hora vnc.  $\beta$ . superbibendo decocti  
 tarax. gram. scorz. tamarind. largain copiam.

5. Heri adhuc se incommode habuit : nox modica ;  
 febris nulla iam : lingua humida, parum fusca : aluum  
 saepe deposuit ; oculi flauī : sitiuit multum : vrina sanae  
 similis cum nuhecula : potauit multum. Dedi mixt.  
 hesternam superbibendo potum *moi* cum succo citri.

6. Heri ter aluum deposuit : nox inquieta fuit cum  
 magna anxietate, et minore febre : oculi flauī valde :  
 heri vesperi aliquis singultus : minus potauit, hinc vrina  
 magis flauescens. Dedi fortissimum decoct. ciclor. ta-  
 rax. scorz. sal. polychr. dr. iv. syr. 5 rad. vnc. iv.

Vesperi balnea pedum, et epispastica.

7. Leue delirium : oculi admodum flauī : lingua fus-  
 ca, sicca : pulsus debilis, sed febris iam fere videtur  
 continua : ter aluum deposuit. Dedi omni  $\frac{1}{2}$  hora vnc.  
 $\beta$ .  $\mathcal{R}$ . rob samb. ribes. ana vnc. ij. sp. nitri dulc. dr. iij.  
 aq. cort. citri vnc. ix. superbibendo vnc. j. sequentis.  $\mathcal{R}$ .  
 rad.



rad. scorzon. ℥. β. gram. bard. tarax. cum vnc. β. sal.  
polychr. syr. ʒ rad. vnc. iv.

Vesperis inueni delirantem, palpantem, non sitientem. Iussi clystima, epispastica. Placide periit hac nocte hora quarta.

### *Tertiana.*

Nou. 7. Annorum 30 grauidam se credens a 5 mensibus, laborat tertio paroxysmo tertianae cum fame magna incipientis, calet, dolet caput, sitit, vomuit, et ab hoc concussu aliquid sanguinis ex vtero effluxit. Dedi gratum iulapium. Ante aliquot septimanas ipsi V. S. fuerat ob validum animi affectum et inde natum insultum epilepticum.

8. Bene se habet: apyrexia. Dedi purgans 8 horis ante paroxysmum.

9. Hodie mane circa 10 febrisprehendit nondum purgatam: postea 4 aluum deposuit, tremuit et riguit vsque ad 2½, tum cum summa anxietate sursum et deorsum euacuata fuit, et conuulsa (antea similes paroxysmos habuerat) dedi hinc emuls. cum diacodio et aq. ciuam. paroxysmus hodie sine fame incepit.

10. Nox comoda: apyrexia. Dedi gratum, acidum, saponaceum medicamentum.

11. Satis bene se habebat: perrexi.

12. Heri febricitauit, sed mitius: aluum non deposuit: perrexi in similibus.

Nou. 13. Hodie mane hora vudecima nondum febricitat: bene se habet: abdomen detumuit sic, vt non amplius grauidam se credat. Dedi eadem.

14. Bene se habet. Reliqui.

*Biliofa colluues circa praecordia.*

Nou. 22. Die 18. incepit aegrotare iuuenis 20 annorum, procerus, macilentus: die 19. manducauit, sed ingesta euomit, die Martis surrexit tamen, licet dicat, se febricitasse: heri animi deliquium passus erat. Inveni pallidum, non inflatum, leuem febrim: caput dolebat. Dedi tunc decoct rad. gram. bard. rob samb. sal. polychr. ter aluum deposuit tenuem: heri post meridiem, dicunt, parum delirasse: febris nulla: tussit, sed iam dudum dixit, se tussiuisse; et dum tussit, dolet circa praecordia: pistor est, vicissitudini caloris et frigoris saepe expositus. Dedi decoct. tamarind. gram. scorzon. cum sale polychrest. syrup. 5 rad.

23. Febris nulla fere: heri delirauit, vomuit ingesta et biliofa: aluum deposuit aliquoties, valde graucolentem: lingua satis humida: vrinam non vidi: heri delirauit, non dormiuit: nausea et vomitus fere continui. Dedi vomitorium, et dein gratum emulsum diacodiatum.

24. Vomuit amara copiosa cum magno leuamine: postea tamen, dicunt, illum cantasse: nox fuit modica, insomnia tamen turbulenta habuit: nunc bene se habet; febris nulla, vrina, quae 7 horis steterat, incipit turbari. Dedi rob ribes. syr. rub. idaci, diacod. aq. cinnam. cort. citri, aurant. sp. nitri dulc. sp. vitae Math.

Nou.

Nou. 25. Heri post discessum meum, dicunt febricitasse: caput dolet: nox modica: tuffit hinc inde: vr̄ina colorator solito, cum nubecula: dicunt, heri delirasse: alvum non deposuit: lingua vteumque sicca: non vomuit. Dedi decoct. auenae cum succo citri, diacod. rob ribes. aq. cort citri.

26. Heri dicunt febricitasse: nullibi dolet, bene dormiuit, sed adstantes dicunt, ipsum saepius in somno exclamasse, et insomnia turbulenta habuisse. Febris nulla: pulsus debilis: cutis madida. Dedi gratum cardiacum acidum.

27. Vr̄ina subsedit crasso sedimento, superius cum limbo caeruleo: febris nulla: non dormiuit: heri circa **II** eriguisse dicunt, et febricitasse: ingesta euomuit. Dedi infus. contraieruae cum sale polychr. et aq. citri.

28. Heri vomuit bilis flavae copiam magnam cum leuamine summo: nox pacatissima: febris nulla: in omnibus perfectissime se habet.

29. Conualuit.

*Constitutio anni 1737.**Januarius.**Aegri pauci.**Peripneumoniae nothae hinc inde.**Febres acutae continuae: sex tractaui, euaserunt omnes.**Glandulae induratae circa maxillas et collum in pueris hinc inde.**Rheumatismi hinc inde, 4 tractaui.**Anginae paucae.**Pleuritides paucae.**Februarius.**Aegri satis numerosi fuerunt toto mense.**Catarrhi numerosissimi sunt, nunc leuiores, nunc grauiores, 20 tractaui, diluentibus, decoctis emollientibus, balneis pedum feliciter curabantur.**Anginae catarrhosae sed faciles, satis frequentes erant, imprimis adultos occupant, 16 habui curandos, rob samb. cum nitr. et sp. sulph. et aq. samb. profuerunt, nullus suppuratam habuit, nulli V. S. iussi.**Peripneumoniae et aderant, sex curaui, vnus perijt V. S. decocta aperientia cum nitr. magna copia, situs erectus, pediluuiia, victus tenuis profuerunt.**Pleuritides hinc inde, 4 curaui, satis erant difficiles, vnus perijt.**Febres acutae continueae, sparsim.**Ulceras scorbutica gingiuarum.**Tertianae, vnicam vidi.**Martius.*

*Martius.*

Aegri minores numero, quam mense praeterito.

*Catarrhi*, sed pauciores longe.

*Pleuritides*, 5 curavi, binas adultas, et vnum 73 annorum, puellam 11 annorum, et puerum 12 annorum.

*Ophthalmiae*, sex curavi.

*Peripneumoniae*, binas curavi, adultum, et senem 80 annorum, qui periit.

*Anginae*, tres habui curandas.

*Variolae spuriae*, steenpocken, tres habui infantes curandas.

*Tertianae*, 8 mulieres curavi, binos viros adultos, binos iuniores; facile cedebant, proderat purgans 8 horis ante paroxysmum datum.

*Aprilis.*

Aegrorum numerus, vt praeterito mense.

*Tertianae* satis numerosae, 24 curavi, 8 mulieres, 9 viros, 7 iuniores, raro erant duplicatae, longiores tamen utcunque, quam alias solebant, ob frigus forte, breui cessabant, dum nasus et labia inciperent fieri ulcerosa, purgans profuit ante paroxysmum, et dein mixt. ex rob samb. ribes. sale polychr. etc.

*Pleuritides*, *anginae*, *peripneumoniae*, *ophthalmiae* hinc inde, vti et *rheumatismi*.

*Synochi putridae* hinc inde, 4 tractavi, aplithae succedebant 3 in fine morbi, et euaserunt, quarta erat vetula 82 annorum.

*Variolae*

*Variolae spuriae*, fleenpocken, plures infantes occupant.

*Maius.*

Numerus aegrorum fatis magnus circa finem mensis minuitur.

*Tertianae* praedominabantur, 47 curavi, simplices omnes fere, binas tantum duplicatas vidi, anticipabant semper paroxyfimi, multis febris post 4 vel 5 paroxyfimum, pustulis ulcerosis circa labia et nares soluebantur, 38 adultos, 22 feminas, viros aliquos, 9 iuniores, 6 nempe pueros, 3 puellas. Satis faciles erant, et methodo ante dicta sanabantur.

*Pleuritides*, 4 habui curandos, puerum 7 annorum, feminam 50 annorum, et anum 60 annorum, et virum 30 circiter annorum, qui solus periit.

*Rheumatismos*, tres curavi.

*Diarrhoeas*, sex curavi.

*Erysipelas*, binas feminas curavi.

*Anginae inflammatoriae*, sed leues, 4 curavi.

*Iunius.*

Numerus aegrorum fatis magnus.

*Tertianae* praedominabantur, 48 curavi, 7 duplicatas, simplices reliquas; inter duplicatas 5 erant iuniores, et binae feminae adultae; inter 48 erant 11 iuniores, reliquae erant in adultis. Inter adultos, 19 feminae, 18 viri. Quidam, sed pauci fatis diu protractam febrim habuerunt, iam a praeterito mense in multis magis biliosae apparebant.

*Diarrhoeae,*

*Diarrhoeae*, 4 adultos habui.

*Pleuritides*, 6 habui curandos, 5 adultos, vnum iunio-  
riorem, periit nullus.

*Cholerae*, duos habui.

*Acutas continuas*, sex curavi, 2 iun. 4 adultos.

*Rheumatismi*, binos curavi.

*Dysenteriae*, tres curavi.

*Anginae*, 4 curavi.

*Julius.*

Numerus aegrorum circa finem mensis minuitur.

*Tertianae* praedominabantur, 48 tractavi, sex duplicatas, simplices reliquas, inter duplicatas erant, 4 feminae adultae, bini iuvenes, 21 erant masculini sexus, inter illos 5 iuniores, 27 feminae omnes adultae, et quaedam vetulae inter illas; fatis biliosae apparebant, purgans maxime profuit, nec difficulter sanabantur.

*Variolae*, vnicam habui puellam triennem curandam, quae conuulsa in statu contagii fuerat; discretae erant, et contagium hoc Amstelodamo adiectum, non videtur latius serpere.

*Quartanae* hinc inde incipiunt pullulare in illis, qui iam antea laborauerant quartana.

*Diarrhoea et tormina* hinc inde, sex curavi adultos, 3 feminas, 3 viros.

*Acutae continuae*; binas curavi feminas, vna 60 annorum periit.

*Anginae faciles*, 8 habui curandos adultos; 5 feminas, tres viros.

*Augustus.*

Numerus aegrorum non magnus.

*Tertianae* praedominabantur, 35 tractavi, 12 duplicatas, simplices reliquas; inter duplicatas erant 3 iuniores, 7 feminae adultae, bini viri adulti; 13 erant viri adulti, 2 iuniores masculini sexus. 16 feminae adultae, inter quas quaedam vetulae, et 4 puellae iuniores, erant magis duplicatae, cum signis corruptae magis bilis, difficilius parum sanabantur, semel vel bis in initio videbantur continuae. Eadem methodus profuit, quidam recidiuam patiebantur.

*Acutae continuae*, 6 curavi, 3 adultas feminas, puerum 14 annorum, et viros adultos binos.

*Diarrhoeae*, tres feminas curavi.

*Anginae*, 8 habui curandas, fatis faciles, vna suppurabatur, in vetula 70 annorum, fauces et tonsillas, postquam in oesophago profundius per aliquot dies conquesta fuerat, et vuulam, et palatum fornicatum occupabant stigmata rubra, dolentissima, postea fusca, et tota vuula pellicula fusca tegebatur. Succo semperuiui, rob. samb. nitr. sp. sulph. infus. samb. feliciter curata, 7 erant feminae adultae, vnus vir adultus.

*Anthraces* hinc inde occupabant dolentissimi: *negenvog*.

*Variolae*, nullum curavi, sed vnum audiui periisse hic, qui in Zelandia fratri, hoc morbo mortuo, adfuerat, et inde contagium susceperat.

*Septem-*



## September.

Numerus aegrorum non magnus fuit.

*Tertianae* adhuc praedominabantur, 24 curavi, 7 duplicatas, simplices reliquas; masculini sexus 12. et inter illos 5 iuniores; feminini sexus 12. et inter illas duas iuniores; inter duplicatas vna puella 2 annorum, sex masculi, et inter illos tres iuniores. *Seinel* degenerabat in quartanam, reliquae satis faciles erant.

*Acutae continuae*, hinc inde 6 habui curandas, vna puella 15 annorum, tertia die habebat exacerbationem, pallida, chloritica. Vnus periit, 4 feminas, binos viros.

*Diarrhoeae* et cholerae hinc inde.

*Anginae*, 9 habui curandas, adultas omnes, 5 feminas, et inter illas vnam suppuratam, reliquae faciles, nisi in vno viro 56 annorum.

*Erysipelas*, binas curavi feminas.

*Morbilli*, vnicam curavi puellam.

*Pleuritis* vnum senem curavi, qui periit.

*Arthritis*, 4 curavi, 3 feminas adultas, et puellam 14 annorum.

*Quartanae* incipiunt grassari.

## October.

Aegri valde numerosi.

*Catarrhi*, et febres catarrhosae plurimae, satis faciles, decoctis 5 rad. 3 santal. bard. sassafras, intra paucos dies sanabiles, sed numerosissimi erant; adultas feminini sexus curavi 22 et duas puellas, inter illas vna vetula peripneumonia notha periit, reliquae conualue-

runt omnes. 24 adultos et vnum iuniorem, vnus senex periit peripneumonicus, reliqui conualuerunt, plurimos hoc morbo laborantes consului domi meae.

*Tertianae*, curavi 17 viros, 4 iuniores, 13 adultos, inter iuniores 3 erant duplicatae, inter adultos 4 erant simplices, reliquae duplicatae, curavi 14 feminini sexus, binas iuniores, quorum vna habebat febriam duplicatam, reliquas adultas, et inter illas 3 simplices, 9 duplicatas; anxietates aderant circa praecordia, vomitus biliosi, sed rarius, aliquando sponte alui fluxus putridissimus oriebatur, et videbatur in omnibus saburra biliosa mobilis haerere circa primas vias; proderat in primis purgans bis datum, ex rheo, scammon. stib. diaphoret. vel si alui fluxus magnus iam adesset, ex myrobalanis et rheo, postea dato opio; dein crystallis tart. pulp. tamarind. rob sambuc. ribes. satis felix erat cura; aliquando duplicatae tertianae protractis paroxysmis desinebant in haemitritaeam satis molestant; in paucis mala metastasi cerebrum affectum erat, et deliria fiebant ferocissima, in primis si neglectum fuerat purgans, quo dato haec cessabant; in aliis neglecto purgante morbus trahebatur in longum, tussis simul aderat plerumque.

*Anginae* paucae hinc inde.

*Diarrhoeae* paucae.

*Haemorrhagiae* narium validae hinc inde.

*Notiember.*

Aegrorum numerus vt praeterito mense, circa finem mensis tamen parum minor.

*Catarrhi, et febres catarrhosae* plurimae, **II** habui adultos viros, periit faber ferrarius senex, iam callosus penitus peripneumonia inde orta; in tribus aliis pulmo valde opplebatur tenaci, mucosa materie, euaserunt tamen. Tres iuniores masculini sexus, **4** adultas feminas, inter illas **4** vetulas, quae peripneumonicae fiebant, inde euaserunt tamen, et vnicam iuniorem puellam. Decocta sassaf. fantal. **3.** etc. cum melle et nitr. profuerunt.

*Tertianae*: decem adultos habui, et inter illos sex duplicatas, vno Anglo debui post purgantia bina et vomitorium febrim tollere; vnicum habui iuniorem, **8** adultas mulieres, vetulam nullam, **4** duplicatas et protractas, et inter illas binae in fine morbi aphthis laborabant; **5** puellas iuniores, inter illas **4** duplicatas, et vna aphthis laborabat; omnia erant, vt praeterito mense.

*Anginae* paucae, satis faciles, **5** adultas feminas habui, in vna suppurabatur.

*Epinyctides* hinc inde, habui binas vetulas, vnam vegetam mulierem.

*December.*

Aegrorum numerus longe minor, circa finem mensis valde exiguus.

*Catarrhi* pauci, **3** feminas habui curandas, et inter illas binas vetulas, et tres adultos.

*Febres* continuæ et tertianæ protractæ. Tres feminas adultas habui curandas, 50 annis; maiores omnes, in binis in fine morbi aphthæ oriebantur, tres viros adultos, in vno Swart medico fiebat metastasis ad caput, et vnicum puellum 4 annorum, qui periit.

*Variolæ spuria*, steenpocken, hinc inde occupabant infantes sine periculo.

*Odontalgia* plurimæ.

*Angina* hinc inde pauca.

*Pleuritides*, binas curavi.

### *Peripneumonia.*

Febr. 10. Annorum 21 passus gonorrhoeam paulo ante iam fere curatam; sine manifesta causa heri incepit febricitare cum frigore, tensione membrorum, nox fuit incommoda hodie post meridiem inueni febrim, dolorem lumborum et capitis intensum, tussim, respiracionem impeditam, linguam flauescentem. Iussi V. S. et dedi decoct. gramin. bardan. scorzonerae cum rob sambuc. nitr. vnc.  $\beta$ . iussi balnea pedum: oculi rubri, prominuli, facies rubra, tensa.

II. Leuamen a V. S. nox incommoda fuit utcumque, saltem non dormiuit placide. Sanguis phlogisticus: tensio minor faciei, respiratio melior, aliquis dolor, dum tussit, in pectore; vrina subsedit albo sedimento, satis aequabili; iussi balnea pedum, et decocta similia dedi.

Febris continua sed mitior, vrina crassam, albam nubem habet, caput minus dolet, gonorrhoea acriter fluit,  
tussis

tuffis fed leuior; aluum femel depofuit: decoctum euomuit. Dedi emulfum diacodiatum cum nitro.

Febr. 12. Nox commoda, bene dormiuit, fputa ex albo flauelcentia, facilia, respiratio melior, tuffis facilior, lingua adhuc fufca, fed humida, vrina coloratior fana cum cralla nube, febris continua. Dedi decoctum gram. bardan. fcorzon. cum rad. foeniculi; fyr. 5 rad. aper. nitro: balnea pedum.

Pulfus aequalis, mollis, parum febrilis, respiratio bona efl, obtufum dolorem ad attactum fentit circa pectus dextrum; tamen hoc refpirationem non impedit, lingua nigricans, fed humidior, aluum non depofuit, vrina vt hodie mane, fatis cito iam nubem habens. Caput non dolet, fuafi balnea pedum. Dedi gratum emulfum; manducauit iufcula auenacea.

13. Nox turbulenta cum infomniis multis; dolor pectoris obtufus, dolor artuum, lumborum; lingua vt heri, fputa non multa, febris leuis, deiecto efl animo: vrina coloratior, fana, cum nube inferiora petente. Dedi magnum decoctum emolliens, et 5 rad. cum nitro et fyrop. 5 rad. aper.

Molefte utcunque fe habuit. Dolent clauiculae et fcapulae, dum refpirat profunde, aliquid refiftentis circa praecordia fentit, pulfus febrilis, tamen non adeo intente, dum quietus fedet, fatis facile refpirat, vrina vt hodie mane, fed parum minus colorata, lingua nigra, non penitus ficca tamen, aluum duram femel depofuit. Dedi diacodiat. et in iifdem perrexi.

Febr. 14. Vrina colorata vt sana, sed spumofior sine nubecula, nox commoda, sputa copiosa, sed cum quadam difficultate, lingua adhuc fordida, sed minus nigra, fastidit hoc remedium, respiratio parum adhuc breuior, pulsus satis fortis, aequalis nec durus. Dedi decoctum: *magn. gram. bardan. cum rob samb. ribes. sale polychrest. vrina vt hodie mane, pulsus vt hodie mane, totum corpus dolet, tussis, sputa vt ante, humerus sinister imprimis dolet, non dormiuit, de die caput dolet, vidit quaedam phantasmata, respiratio modica, dum quietus iacet, dum se mouet citatior utcunq.* Dedi emuls. auenac. diacodiat.

15. Non dormiuit multum. incommode se habuit, ter aluum tenuem parca copia deposuit, febris minor, vrina spumescens cum nubecula, parum coloratior sana, lingua fordida, leue hac nocte delirium vel potius tantum phantasinata vidit, pusillanimis est. Dedi decoct. gram. bard. tamar. sal. polychrest. syr. viol.

4 aluum deposuit tenuem, fuscam,OLIDAM, febris mitis, dolor inter scapulas, tussicula aliqua sed leuior, lingua minus nigra, respiratio utcunq breuis adhuc dum se mouet, fastidit alimenta, non multum tamen fitit. Dedi syr. citri, rub. idaei: sp. sulph. aq. meliss. sal. polychr.

16. Nox commoda, tamen non multum dormiuit, pulsus plenior, fortior, nec multum febrilis, dum profunde respirat pulsus mutatur, lingua adhuc fordida, vrina cum nubecula spumescens, ad latus linguae aliquis tumor. Bis aluum tenuem deposuit. Dedi decoct. auenac;

nae; cum rob ribes. syrup. citr. sputa quaedam, dolor lumborum. Iussi clyfina.

Anxietas magna fuit, respiratio per subsultus breuior et laboriosa, delirat, impotentia ad motum, lingua parum magis humida, clyfina parum eduxit, pulsus constat, non multum febrilis. Dedi fortissima epispastica et decoct. rad. 5 aper. rad. angel. *rutam* sal. nitr. rob samb. nuchae dolorem validum sentit.

Febr. 17. Nox pessima, delirauit multum, surdus est, respiratio breuis, pulsus celerrimus, aliquoties aluum deposuit, cucurbitas, epispastica iussi, et dedi idem decoct. et sal. C. C. dr.  $\beta$ . in vino rhenano dilutum.

Vespero omnia peiora, periit hora 12 noctis.

### *Pleuritis.*

Febr. 21. Annorum 36 parum comedere solitus, bibere multum cereuisiae, aeris iniuriis expositus, incepit artus conquassatos habere: heri vesperi dolorem in posteriori parte circa renem sinistrum, vel potius circa vltimas costas sensit acutum respirationem impredientem, per binas noctes non dormiuerat, antea febris erat acuta. V.S. vncias x. foment sapon. nitr. rob samb. decoct. aue-nae, vesperi vocatus fueram.

22. Aluum tenuem, olidissimam saepius deposuit, nox modica, dolor minor, febris minor, vomuit potum Caffee assumptum, facies cerea quasi, vrina coloris sani, sanguis crustam phlogisticam habet, facies vtcunque cerea. Dedi decoct. bardan. gram. scorzon. cum rob. ribes. sal. polychrest.

Febr.  $\frac{23}{4}$ . Vomuit, aluum saepe deposuit, nox incommoda, febris modica, doluit latus iam minus multo vel fere nihil, lingua modice humida, vrina cruda, tenuis cum surfuribus innatantibus, tussiuit multum. Dedi decoct. emoll. pectorale cum syr. altheae.

Vesperī vrina tenuis, decolor, pulsus febrilis, lingua modice humida. Febris tamen non ita fortis, facies vultuosa, tremor labiorum, videt volitantes nigras maculas ante oculos, non dormiuit nec potauit multum, iussi balnea pedum, epispastica, clysmā acre satis, et dedi emulsum diacodiatum.

$\frac{24}{5}$ . Nox satis quieta, vrina tenuis, decolor, spumescens, et spumam diu seruans, inueni dormientem, facies vultuosa, clysmā vix quid eduxit, respiratio bona, aequabilis. Dedi rob samb. ribes. nitr. aq. hor. d. cort. citri.

Vrina spumescens vt ante, sudauit toto corpore, mens constat, nec nigra illa phantasmata videt, in medio lineam rubram habet, pulsus fere non febrilis, respiratio satis bona, tota die dormiuit; circa 5 vespertinam stillae sanguinis de naribus. Dedi emulsum cum nitro sine diacod.

$\frac{25}{7}$ . Ad tertiam vsque incommoda nox fuit, postea dormiuit, pulsus satis bonus, parum febrilis, respiratio bona, cutis humida, ter aluum nigram, olidam, deposuit, sudauit fortissime vsque ad horam tertiam, vrina spumescens, parum coloratior, lingua vt heri. Dedi decoct. rob. ribes. rub idaei aq. cinnamom.

4 aluum olidissimam deposuit, febris modica, respiratio magna, rarior, mens constat, oculi languidi apparent,



rent, tota die somnolentus iacuit. Dedi crem. oryzae cum lacte ebutyrato omni tertia hora idem remedium.

Febr. 26. Non dormiuit, ter aluum olidissimam deposuit, lingua humidior, facies vt ante, vrina spumescens, decolor vt ante. Dedi aq. rut. tinct. contraieru. sp. sulph. non potuit assumere, hinc dedi emulsum.

Hebes iacet sine sensu, stertor pectoris, respiratio difficilis, febris. Vesicatoria larga iussi et dr. sal. C. C. in 3 vnc. vin. rhenan. Dilutum dedi idem et emulsum.

27. Nocte delirauit, hebes iacet, respiratio suspiriosa, vesicatoria vix quid fecerunt, pulsus adhuc aequalis sed valde febrilis, et celer, vrina eadem. Dedi acre clyfma, epispastica et decoct. cum ruta angelic. rad. periit hora secunda post meridiem.

### *Pleuritis.*

Mart. 5. Annorum 12. die tertia vesperi incepit aegrotare, heri caput accerrime doluit. Heri vesperi dolorem in pectore dextro obtusum, respirationem tamen impredientem habet: vrina alba, turbidula, febris contiua, respiratio impedita V. S. et fomentum ex aqua lacte et sapone veneto applicari pectori, et mixtur. ex nitro rob. sambuc. aq. sambuc iussi.

6. Sanguis phlogisticus, febris continua satis fortis, vrina colorata vt sana, nubeculam habens crassam, sputa aliqua. Dedi decoct. bardanae, auen. gram. scorzonerae cum nitro, syr. diacod. alth. haemorrhagia narium ad vnc. vj. febris fortis adhuc cum pulsu duro, nubecula in vrina: respiratio melior, perrexi, dolor minor.

Mart.

Mart. 7. Nox incommoda, tensio nuchae, tussis sicca, dolor sed minor, febris minor. Dedi idem et linctum ex ol. amygd. vitell. oui syr. alth. mel.

Delirauit parum, respiratio impedita, tussis sicca, vrina crassam nubem habet, pulsus vt hodie mane, sed respiratio breuior, aliqua narium haemorrhagia fuit, tensio nuchae adhuc adest. Dedi decoct. gram. auen. cum sem. 4 frigid. forma emulsi.

8. Delirauit hac nocte, dolor intensus, respiratio breuior, lingua sicca, vrina turbidula, febris intensa, vrina iam a 4 Martii stricta fuit, sed tunc copiosam, tenuem deposuit. V. S. vnc. vj. dedi decoct. emoll. cum rob samb. nitro.

Sanguis phlogisticam, densam, crustam habet, vrina crassam nubem subsidentem habet, febris valida, delirium, tamen ad interrogata respondet, balnea pedum, epispastica, emulsum diacodiatum dedi, aluum deposuit.

9. Nox turbulenta, delirium, febris intensa, dolor lateris euauit fere, sed mala metastasi ad cerebrum; lingua sicca, vrina vt heri. Dedi decoct. tamar. gram. bard. cum rob samb. nitro.

Febris intensa, delirium, vrina crassam nubem habet versus fundum, perrexi. Balnea pedum, situm erectum, epispastica.

10. Nox turbulenta, facies magis pallida, febris vtunque minor, satis tamen adhuc valida, vrinam in lecto demiserat, perrexi.

Vespero pulsus valde celer, respiratio videtur parum melior, calor minor, lingua aliquid magis humidi habet,

et

et incipit nigrum a parte anteriori separari: non dormi-  
vit, delirium leue. Dedi emuls. cum dr. vj. diacod.

Mart.  $\frac{11}{8}$ . Nox incommoda, respiratio difficilis, pul-  
sus celer, interrogatus bene respondit, vrina calens, adhuc  
turbatur statim, lingua nitidior, emplastr. labd. et de-  
coct. emoll. nitros.

Vrina illa hodie emissa turbidula instar iumentorum  
fere mansit; omnia eadem, perrexi.

$\frac{12}{9}$ . Vrina turbidula, febris intensa satis, tamen pul-  
sus fortior, lingua nitidior, tussis hinc inde, cutis hu-  
mida, aluum deposuit modice figuratam. Dedi decoct.  
auen. cum nitr. syr. alth. flor. rhoead. Vesperi febris  
minor.

$\frac{13}{10}$ . Vrina crassa, turbida, albicans, nox satis placida,  
minus delirat, febris multo minor, lingua humida, per-  
rexi in iisdem et omni trihorio iussi vnc. iij. iuris carniuum  
cum succo citri.

Sudauit fortiter, febris minor, vrina alba, crassa, non-  
dum subsidens, parum delirat, dum euigilat, tussis adhuc  
adest. Dedi ol. amygd. cum vitell. oui, melle, etc.

$\frac{14}{11}$ . Nox bona, dormiuit bene, vrina subsedit albo,  
aequali satis sedimento, febris longe minor, aluum de-  
posuit, appetitus aliquis, lingua nitida, perrexi.

$\frac{15}{12}$ . Febris exigua, dormiuit bene, vrina vt heri, tuf-  
sis adhuc aliqua, dolor adhuc aliquis adest: appetitus  
languet. Dedi nitr. syrup. alth. aq. fl. rhoead.

$\frac{16}{13}$ . Bene dormiuit, vrina vt heri, febris fere nulla,  
functiones insurgunt. Dedi eadem.

Mart.  $\frac{17}{14}$ . Urina vt heri, reliqua omnia quotidie meliora, per biduum sine medicamentis, reliqui.

*Febris continua.*

Mart. 27. Annorum 40 macilentus die 25 incepit febricitare, heri male se habuit, hac nocte dicit se plus febricitasse, vomuit hac nocte et ter aluum deposuit, urina coloratior sana cum crassa nube, pulsus debilis, febrilis, dolorem lumborum 25 Martii senserat iam minorem, sitis magna, pituitosa vomuit. Dedi rob ribes. sambuc. aq. meliss. cinnamom. sal. polychr.

28. Nox modica fuit, urinam turbidam, crassam emisit, lactat infantem, leuis iam febricula. Dedi rob samb. ribes. sal. polychr. aq. meliss.

29. Urina crassa, turbida valde, heri aluum semel deposuit, hodie bis, nox modica, circa quartam hodie mane frigit, dolor circa hypochondrium sinistrum est, pulsus febrilis, debilis, heri magnus dolor capitis. Dedi decoct. bard. gram. cum syr. citr. rub. idaei, sal. polychr. aq. cinnamom.

30. Nox satis placida fuit, aluum saepius deposuit, pulsus tamen celer, febrilis, urina subturbidula, dum respirat in posteriori parte costarum sinistrarum dolorem sentit, sed dum febris abest, vt credit, dicit se nihil sentire. Dedi decoct. bard. gram. scorz. cum rob ribes. samb. sale polychr.

31. Infantem triginta septimanarum ablactauit, heri lucium piscem comedit, pulsus debilis, celer, respiratio brevior,

vior, vrina crassam nubem habet. Suasi ius carniū et dedi emulsum cardiacum ex auena, etc.

Apr. 1. Pulsus celer, debilis, anxietas, delirium, tinnitus aurium, non dormiuit, lingua sicca, vrina crassa, turbida, aluus fluit continuo fere viridis. Dedi idem emulsum, superbibendum mixt. ex sp. nitri diaminor. tinctura cinnamom. aq. meliss.

2. Non dormiuit noctu, surditas, pulsus et respiratio vt ante, lingua parum humidior, vrina colorata vt sana, crassam nubem habet albam fundum petentem, semel aluum deposuit. Dedi mixt. ex syr. citri, rub. idaei, aq. cinnamom. meliss. cort. citri, sp. vit. Mathiol. nitri dulc. superbibendo lac ebutyrat. abdomen intumuit.

3. Abdomen adhuc inflatum est, deposuit aluum adhuc heri tenuem, non dormiuit fere, vrina turbidula in fundo tamen video nubeculam; calor ad extrema vsque, pulsus vt heri, respiratio vt heri, lingua sicca, vox fortis, audit sonitus quasi tympani, ferox responsum. Dedi mixtur. ex aq. rutae cort. citri, sp. sulph. tinct. contraieru. syr. citr. rub. idaei, superbibendo decoctum panis cum vino rhenano.

Vesperī non vult assumere remedia, ferociter delirat.

4. Omnia fere eadem.

5. Vrina crassa, turbida, pulsus fortior, magis aequalis, calor aequalis, lingua sicca, delirium tamen, mihi bene respondet, debilitas magna est, dum lectum mutat, respiratio melior. Dedi ius carniū et lac ebutyrat. et omni hora vnc. β. infus. contraieru. cum sulph. sp. syr. citri.

Vesperī

Vesperī aluum ter tenuem, olidam, griseam, deposuit, pulsus debilis, febrilis, celer, minus fortis, quam mane, respiratio breuior, facies contracta. Dedi aq. cinnamom. cort. citri aurant. rutae, tinct. contraieru. syr. citri sp. sulph.

Apr. 6. Vrinam et aluum dimittit clam; facies contracta, decubitus inconditus pedibus proiectis, pulsus debilior, respiratio peior, perrexi.

Calor ad extrema vsque, tacite delirat, palpitationes, aluum et vrinam dimittit inscia, respiratio difficilior, videtur manere in eodem statu. Dedi idem remedium et epithema ex ruta et pane cardiae applicui.

7. Delirauit tota nocte, pulsus debilior, longe delirium furiosum, vrinam, aluum inscia demittit, subsultus tendinum. Dedi gratum emulsum.

Vesperī mentis compos est, multum liquidorum et nutrimenti sumsit; os, lingua, fauces aphthis albis raris obsidentur, pulsus melior, perrexi.

8. Delirauit parum hac nocte, nunc mentis compos est, aphthae ceciderunt pro maxima parte, lingua humida, pulsus melior, perrexi.

9. Vrīna alba, turbida, superius ad distantiam a fundo 3 linearum circiter pellucida, limbo crassiori sedimentoso separante, dormiuit modice, refecta inde: lingua humida, pulsus celer, febrilis, respiratio melior, circa 9 hodie mane incipit rigere. Dedi syr. succ. citri, rub. idaei, aq. citr. tinct. contraieruae.

10. Nox bona fuit, lingua fissa dolet, humida tamen, pulsus debilis, adhuc febrilis, appetitus melior, multae lamellae quasi a faucibus secedunt, vrīna alba,  
opaca,

opaca, aluum semel tenuem deposuit. Dedi vitell. ou. cum ol. amygd. dulc. et melle, et aq. flor. rhoeados.

Apr. 11. Bene dormiuit, appetitus melior, lingua nitidior. Dedi eadem, pulsus vt heri.

12. Pulsus melior, minus celer, bene dormiuit, vrina vt ante, aluum deposuit figuratam, lingua fissa adhuc dolet. Dedi syr. alth. aq. fl. rhoead. syr. fl. rhoeados.

13. Omnia vt heri, nihil dedi.

14. Sensim melius se habet, nondum tamen apyrexia est, solum victum praescripsi. Conualuit integre.

### *Ileus inflammatorius.*

Apr. 17. Annorum 48 fatis repleti habitus, hodie adhuc in templo fuerat, circa vesperam incepit valida abdominis tormina pati et vomere ingesta, sine febre tamen, per aliquot iam dies praecordiorum tensionem senserat, tamen satis bene habuerat, cum ante annum similem morbum passa esset, cum vomitu materiae nigrae fere, iussi potum aquae tepidae et dedi mixt. ex laud. pur. gran ij. aq. meuth. sp. menthae.

18. Nox incommoda fuit, febris nulla, dolor validus, et debilitatem sentit, althaeam, maluam; verbasco. in aq. decoct. iussi applicari abdomini et dedi decoct. 5 rad. cum nitro et melle: aluus cum esset stricta, clyisma iussi iniici ex sale gemma, syr. alth. ol. lini, aq. foenicul. sed nil effecit, vesperi cum febricitaret, dolor maneret, aluus esset stricta, applicui clyisma ex sapone veneto, foment. ex sapone applicui abdomini, quod inflatum est et ad

attactum dolet. V. S. Dedi decoct. sem. lini, alth. etc. cum nitro, ol. amygd. dulc. cum vitell. oui, fyr. diacod.

Apr. 19. Nox incommoda, aluum semel deposuerat, stercorea vomuerat, dolor aberat et se leuatam credidit, pulsus debilissimus, extrema liuida frigent, praedixi mortem, periit circa nonam matutinam.

### *Arthritis.*

Mai. 2. Annorum 20 ante 14 dies puerum furtiuu amoris fructum pepererat, primis a partu diebus satis bene se habuerat; postea moerore et curis macerata non dormiuit multum ante 5 dies. Circa pollicis finistri pedis articulum dolorem cum tumore sensit, idem dolor iam occupat dextrum cubitum, cum dolore, tensione, febris: incipit et circa pedis dextri pollicem simile malum sentire, aluus toto puerperii tempore laxior fuit, et iam cum magno foetore ter de die deponitur. Dedi mixt. ex lap. cancr. nitr. fyr. diacod. aq. fl. rhoead.

Post 8 dies vidi haec loca penitus apostemata esse, curam reliqui chirurgo.

### *Pleuritis.*

Mai.  $\frac{3}{2}$ . Annorum 31 surdaster ob otalgias saepe toleratas heri lassitudine spontanea laborauerat. Postea auris dextra incepit dolere, dein fauces, postea pectus anterius, dein latus dextrum occupauit dolor, et ibi fixus mansit cum febre continua et respiratione impedita, et lingua alba, sordida. V. S. fomentum saponis, decoct. auenae cum nitro, rob sambuc. iussi.

Mai.



Mai. 4. Non dormiuit, vrina flammea, tenuis, dolor sed minor quam heri, lingua sordida, albicans, ter aluum viridem, tenuem deposuit, pulsus fortior, plenior, febrilis, decubitus in dextrum latus molestus, melius respirat. Dedi decoct. gram. bard. scorzon. cum rob sambuc. nitr. iussi situm erectum, balnea pedum, foment. sapon.

5. Dolor multum auctus sed parum depressiore loco, dum se erigit dolet multum, lingua valde nigricans, sordida, sicca, vrina cruda, tenuis, flammea, heri vesperi caput valde doluit, febris intensa, iussi V. S. ad 3. viij. et decoct. auen. gram. bardan. Dedi cum rob samb. et nitr. diacod.

Leuamen a V. S. sanguis vix quid feri habet sed crassam phlogisticam, tenacem, delirauit, non potest se erigere, sed decumbit, aliter enim plus dolet, febris parum minor, sputum tenax in gutture sentit, lingua parum tumidior sed nigricans, respiratio videtur parum melior, vrina minus colorata nubeculam crassam circa fundum habet, iussi situm erectum, balnea, epispastica, oxycratum fronti iussi applicari ob capitis dolorem, et dedi emullum cum nitro et diacod. tenebras, quietem iussi.

6. Vrina cum nubecula, pulsus satis celer sed mollior, sputa quaedam prodeunt, lingua vt heri, respiratio melior, non dormiuit, sed parum delirauit, bene respondet. Dedi decoct. althaeae, malu. verbasco. cum rad. foenicul. glycyrrhiz. et mixt. ex nitr. vnc. β. fyr. althaeae vnc. iij. fyr. diacod. vnc. j. de obscuratione visus conquestus fuit.

Vrina rubra, flammea, febris cum pulsu celeri, delirium clausis oculis fere continuum, lingua ficcior. Dedi eadem, clyfma, epifpaffica.

Mai.  $\frac{7}{6}$ . Delirauit hac nocte cum ferocia, febris vt heri, dolor in latere minor, vrina fatis profunde rubra, lingua ficca, nigricans, ad interrogata respondet. Dedi decoct. auen. cort. citr. fyr. diacod. rob ribef. sambuc. nitr.

Pulfus celer fed mollior, respiratio melior, lingua et fauces magis humidae, cutis aequaliter humida et mollis, delirauit tamen, mihi roganti bene respondet, vrina valde rubra fine nubecula, hodie mane dicunt leuem conuulfionem habuiffe. Dedi emulf. auenac. cum diacod. et nitr. epifp. balnea.

$\frac{8}{7}$ . In principio noctis delirauit multum, dormiuit poftea per horam, et bene euigilabat, febris vt heri, respiratio melior, lingua vt heri, femel parca copia heri aluum depofuit. Dedi decoct. tamar. gram. bardan. feorzon. cum fyr. flor. violar. fucc. citr. nitr. balnea pedum fuafi.

Delirium minus, vrina rubra, flammea, lingua vt mane, pulfus mollior, febrilis, respiratio parum melior, ter aluum depofuit fatis olidam, figuratam. Dedi rob ribef. fyr. violar. fyr. diacod. vnc. j. nitr. aq. tiliae.

$\frac{9}{8}$ . Vrina vt heri, parum minus colorata, familiares omnes nouit, nox adhuc parum molefta, tamen minus delirat, febris vt ante, fed pulfus aequabilis, fatis fortis, mollis tamen, lingua parum ficcior, multum potauit, respiratio melior, omnia ipfi videntur dulcia. Dedi fuc-  
cum

cum romor. chinens. citr. syr. citr. rub. idaei, aq. cort. citr. decoct. auen.

Febris fortior, de dolore circa infimam et mediam sterni partem conqueritur in visceribus. lingua secca albicat. fauces videntur sicciore; nimis delirat, & aluum tenuem deposuit. Dedi emuls. auen. cum vnc. j. diacod.

Mai. 10. Nox incommoda fuit, sudavit toto corpore calide et aequabiliter, lingua albicans, et dubito an non quid aphthosi in dextro parafinio faucium, aluum semiliquidam, fuscam, olidam, deposuit, febris parum minor, respiratio melior, minus delirat, vrina vt ante. Dedi emuls. auenac. cum nitr. sine diacodio.

Vrina aliquid dispersi flocculenti habet, et alia vrina post meridiem emissa habebat quasi globulosam nubeculam, non descendentem, febris intensior cum pulsu duro, fauces et lingua vt mane, quater aluum deposuit. Dedi vnc. j. diacod. et idem emulsam.

11. Nox incommoda, aluum septies deposuit, febris velocior, sudor toto corpore profusus, respiratio brevior, leuis stertor in pectore, vrinam non vidi, delirat continuo. Dedi decoct. auenae, gram. bardan. cum rob. ribes. diamor. tinct. cinnamom. diacod.

Cutis madida, lingua humidior, vrina rubra admodum, aliquid nubeculae simile habet, delirat, febris parum minor, bis aluum deposuit, multum potat, perrexi in iisdem, erectus sedit in sedili per 3 horas, sputa multa fuerunt, sed non vidi.

12. Per duas et  $\frac{1}{3}$  horas placide dormiuit, stertor adhuc in pectore vt heri, calor aequabilis, cutis humida,

lingua humida, aluum in lecto exoneravit, quod hactenus non fecerat, faepies praeterea deposuit, dormiit oculis semiclausis. Dedi decoct. bardan. gram. cum rad. foenicul. nitr. vrina minus rubra, aliquid nubeculae habet, vesperi melius se habet, cum appetitu ius carniū sumpsit, aluum pergit deponere liquidam, perrexi.

Mai.  $\frac{13}{12}$ . Aluus ter fluxit, aliquid aphthosi albi, tenuis, in paristinio sinistro, mens magis constat, appetitus insurgit, lingua nitidior, aliquis dolor in latere dextro. Dedi aq. cinnamom. rutae, syr. citri, rub. idaei aq. meliss. nitr. febris minor, respiratio melior.

Bis aluum deposuit, vrina adhuc valde rubra cum aliqua specie nubeculae, circa mediani partem vltimarum costarum sinistri lateris dolet, imprimis dum corpus movet, dolet et ad attactam, lingua et fauces satis humidae, mens constat, pulsus parum celerior. Applicui lateri emplastrum de labdano et dedi idem remedium vt hodie mane.

$\frac{14}{13}$ . Priori noctis parte moleste se habuit, dormiuit postea satis placide, semel aluum deposuit, vrinam non vidi, lingua et fauces satis humidae, dolor lateris minor, sputa aliqua. Dedi pulu. ex lapid. cancr. paxillo contraieru. nitr. vt viderer aliquid agere.

Mens constat, pulsus vt hodie mane, vrina minus rubra, cum nubecula magis conspicua, lingua nitida et fauces humidae, dolor ille lateris sinistri molestus, imprimis dum sputa educit, quae ipsi aliquando ex hoc loco venire videntur. Dedi decoct. alth, malu. verbas. cum nitr. melle.

Mai.  $\frac{15}{14}$ . Pulsus celerior, lingua vt heri, respiratio satis commoda, sed paruus quasi stertor in pulmone, dolor lateris vt ante, ter aluum deposuit, vrinam non vidi. Sudauit multum et sudor calidus guttatim in facie colligitur, appetitus aliquis, fitis adhuc magna: lateri de die som. ex aqua, lacte, et sapone applicui, de nocte emplastr. et dedi decoct. rad.  $\zeta$  aperientium cum nitr. et melle.

$\frac{16}{15}$ . Heri ter aluum posuit: vrina minus rubra cum nubecula, sputa plura, dolor in eodem loco circa limbum costarum dimidium, volae manus aequans, fixus manens, pulsus celer, functiones parum meliores, nox satis commoda, applicui empl. ex gum. ammon. et piper brazil. et dedi decoct. emoll. cum nitr. fyr alth.

$\frac{17}{16}$ . Vrina minus colorata cum nubecula, febris vt heri, dolor manet fixus in eodem loco, appetitus parum, minor, sudauit, perrexi, nox modica fuit.

Aluum semel deposuit, appetitus melior, febris vt ante, dolor vt ante, tussis imprimis dolorem auget. Dedi fyr. diacod. alth. nitr. aq. fl. rhoeados.

$\frac{18}{17}$ . Febris fortior, nox incommoda fuit, non dormiuit, dolor in latere parum minor sed empl. ex pipere brazil., cum molestum esset, abstulit, iussi applicari iterum, lingua satis humida, respiratio breuior, tussis. Dedi nitr. rob samb. cum dr. x. diacodii et aq. fl. rhoeados superbibendo decoct. auenae cum lacte.

Vespero incepit rigere, frigus pati, dolor lateris aberat, vrina rubra cum nubecula, respiratio difficilior, stertor maior in pectore, febris fortior, vrina, vt mane, mens constat; tussi sputa phlegmatica eiicit, non multum de

medicamentis assumfit, iussi sumere residuam mixturam superbib. decoct. bard. gram. cum ligno fassafras, nitro, syr. 5 rad.

Mai.  $\frac{19}{18}$ . Periiit mane circa quintam.

*Pleuritis.*

Mai  $\frac{4}{2}$ . Annorum 46 scorbüticis doloribus saepe vexata, imprimis in cruribus; tumidos pedes ante biduum imprimis incepit habere: heri lassitudinem spontaneam sensit, et circa meridiem dixit se febricitasse, hodie mane hora quarta dolor lateris sinistri acer cum tussi validissima, qua magno molimine sputa exscreabat, rubedine sanguineo diluta, vndique aequaliter perfusa non striatim: febris continua, vrina coloratior sana cum nubecula circa fundum: iussi V. S. Dedi decoct. consolid. althaeae, mel, syrup. althaeae, diacod.

Vespero leuamen a V. S. sputa similia, pulsus celer, mollis, sudor aequabilis fuit, respiratio melior, aluua deposuit post V. S. figuratam, lingua satis humida, sanguis non habet crustam phlogisticam. Dedi idem decoct. et balnea pedum.

$\frac{5}{3}$ . Nox modica, respiratio melior, pulsus minus fortis, tamen non ita celer, vrina crassam nubeculam habet, tussis minor, lingua non ita fusca. Dedi decoct. althaeae, consolid. et addidi mel cum syr. alth. et nitr. foment. idem.

$\frac{6}{4}$ . Nox incommoda, febris minor, pulsus aequalis, pulmo plenus, stertit quasi dum tussit, sputa minora, aluum heri deposuit, vrina vt heri, iussi vaporem aq. tepidae

tepidae ore et naribus excipi, et dedi linct. ex ol. amygd. cum vitell. ou. syr. alth. melle, superbibendo decoct. alth. ʒ rad. aper. cum nitro.

Vrina aliquid flocculenti aequabiliter dispersi per totam vrinam habet, quo vrina non est multum colorata, pulsus febrilis, non adeo plenus, stertor in pectore, vt ante, sputa minus sanguinea, et copiosiora, aluum deposuit modicae consistentiae, saepe mingit. Dedi eundem linctum: et emulsum; vaporem aq. naribus excipi iussi.

Mai. 7. De nocte non dormiuit, sputa vt heri, pulsus vt heri, erectum situm in lecto amat, respiratio impedita, stertor ille adest adhuc, vrina paucum sedimentum in fundo habet. Dedi eadem.

Vesperis febris maior, respiratio breuior, sputa plura, varii coloris, mens constat, lingua humidior, vti et fauces, quae dolent, vrina non multum colorata cum nubecula circa fundum; strepitus in pectore durat, ter aluum deposuit, vltima vice liquidam, viridem, flauam, missam: lac ebutyrat. pro victu. Dedi decoct. gram. bardan. scorzoner. cum lign. fassafr. melle, et nitr. et omni quadrihorio poudre des chartreux gr. iij.

8. Ter adhuc aluum deposuit, respiratio melior, vrina eadem, febris mitior, erecta sedet in lecto, lingua vt heri. Perrexi in eodem decocto, quater fumis iam pulueres, iussi vt fumat residuos.

Calor aequabilis ad extrema vsque, lingua humidior, et fauces. Ter aluum deposuit, pulsus celer, febrilis, dolor in pectore, respiratio adhuc breuis, sputa modica

non amplius sanguinea, sed tenacia, varii coloris, leuamen dicit se a pulueribus habuisse. Dedi decoct. bard. cum 5 rad. aper. melle, fyr. 5 rad. aper.

Mai. 9. Nox incommoda, erectum situm amat, vrina non valde colorata, nubem crassam sedimentosam in fundo habet: febris vt ante, respiratio breuis vt heri, lingua parum siccior, ter aluum deposuit. Dedi eadem, multum feri lactis potat. Febris vt ante, pulsus satis bonus, et calor ad extrema aequalis: lingua magis nitida, vrinam non vidi, aluus pergit laxa esse, anxietas magna et respiratio breuis, sputa vt ante, difficilia, tenacia. Dedi nitr. antimon. dr. ij. rob samb. fyr. alth. aq. fl. rhoeados, superbibendo serum lactis melitum.

$\frac{10}{8}$ . Vrina colorata, vt spuma moleculas aequaliter dispersas habet, nox incommoda, sudauit toto corpore, calor aequalis, vomitus, respiratio parum melior, sputa quaedam vt ante, lingua humidior, sumserat hydrogalam cum melle sua sponte cum leuamine, suasi pergere in mixturae vsu superbibendo aq. lac et mel.

Melius se habet, aluum pergit saepe deponere: sputa difficilia satis sunt, tamen prodeunt magis, febris minor, lingua nitidior, appetitus insurgit. Dedi similia.

$\frac{11}{9}$ . Bis aluum deposuit, de nocte non multum dormiit, sputa copiosa, crassa, flauescencia, purulenta, quasi facilius prodeunt, cum leuamine, febris longe minor, respiratio melior, vrina vt ante, lingua melior. Dedi infus. agrim. beton. cum aq. lacte et melle.

$\frac{12}{10}$ . Heri et hac nocte bene se habuit, mane circa nonam anxietas, vertigo, et quasi lipothymia: circa meri-



meridiam inueni pulsum bonum, linguam nitidam, stertorem aliquem in pectore, sed minorem. Dedi aq. rorifinar. oxym. scillit. cum tinctura croci dr. j. vrina vt sana, cum parco sedimento subfusco.

Vesperum parum melius se habebat. Perrexi.

Mai.  $\frac{13}{11}$ . Nox satis commoda, vrina vt heri, febris vix vlla, respiratio melior, appetitus melior. Perrexi.

$\frac{14}{12}$ . Sputa plurima, facilia, cum leuamine, purulenta, respiratio libera, vrina crassiuscula, appetitus non magnus, aluus pergit laxa esse cum leuamine, lingua humida, heri leuiter animo perturbata fuit, somnus non fuit. Dedi vesperi leue paregoricum.

$\frac{15}{13}$ . Sputa vt ante cum leuamine, aluum non deposuit hac nocte, febris nulla, lingua nitida, heri bis aluum deposuit cum sensu quasi debilitato flauam, olidam, aliquis adhuc stertor in pectore, sed longe leuior. Dedi iusuf. hyssop. sem. bard. foenic. cum mel. aq. et lacte.

$\frac{16}{14}$ . Crura tumuerunt, iam ante morbum dextrum erus detumuit, appetitus adhuc languet vtcunque: vrina vt ante, leuis febricula, sputa vt ante. Dedi pill. ex myrrh. cum terebint. forma pillulari et idem iusuf.

$\frac{18}{15}$ . Febris vix vlla, sputa vt ante, dolet magis finistrum latus, respiratio melior: perrexi.

$\frac{20}{16}$ . Vrina vt ante, febris nulla, lingua nitida, dolor aliquis in latere recrudit; sed mobilis, in reliquis functionibus bene se habuit, sputa adhuc educit satis copiosa. Dedi mixt. ex aq. foenicul. syr. diacod.

$\frac{22}{18}$ . Sensum omnia in melius tendunt.

Mai.  $\frac{21}{10}$ . Sputa adhuc fatis multa educit, dolor aliquis in pectore, functiones reliquae resurgunt. Dedi pill. ex myrrh. olib. succ. glycyrrh. terebinth. cum aq. lac. et mel.

*Vlcus venereum.*

Jun. 8. Misera illa iam per 6 annos vlcere pessimo, totum ambitum tibiae ad latitudinem 4 digitorum occupante laborauerat, sic vt a malleolo incipiens, circiter totum ambitum occupans cruris, per altitudinem 4 digitorum adscenderet, et ibi omnia depasceret. Tentaueram diu purgantia fortissima ex praecipit. rubro ipso cum quodam leuamine: recrudescibat tamen malum, hinc tentaueram et herbas antiscorbuticas, texeram interea vlcus terebinth. cum vitello oui fracta myrrha etc. statui saluationem excitare: sumsi dr.  $\beta$ . merc. praecipit. albi cum saccharo triti diuisi in doses xxij. et dedi hodie 3 doses, superbibendo vnc.  $\beta$ . mixt. opiatae. Similis, sed leuioris vlceris cicatricem parum infra genu habet, in eodem crure videtur aliquid in hoc loco venerei labis latere, serpit enim superficialiter et sensum vrina depascitur.

9. Ter aluum deposuerat, sensit aliquid molesti circa gingiuas, dedi binas doses et debitum victum etc. praescripti.

10. Modico se habet, sentit dentes assurgere. Dedi vniam dosin.

11. Longe plus puris vlcus fundit, gingiuae detumuerunt. Dedi binas doses.

Jun.

Iun. 12. Incipit halitus foetere, glandulae maxillares tumere, gingivae affurgere; heri quater aluum deposuit cum torminibus. Nil dedi nisi subinde vnc.  $\beta$ . mixt. opiatae: vlcus magnam copiam puris fundit.

13. Ter aluum deposuit, nondum saluatio fere apparet. Dedi binas doses, quia symptomata non augebantur.

14. Pus optimum, spissum, fundit vlcus, gingivae dolent, parum exspuit. Dedi vnam dosin.

15. Pus copiosum, spissum, fundit vlcus, incipit subfidere vlcus, pulsus leuiter febrilis, paucas vncias exspuit. Dedi j. dosin.

16. Vix exspuit: labium inferius in interiori parte vlcerosum est, vlcus pus album crassum fundit. Dedi j. dosin.

17. Vlcus complanatur, margines detumescunt, nihil exspuit: dedi binas doses.

18. Nil exspuit, vlcus melius habet. Dedi vnam dosin.

19. Omnia eadem. Dedi vnam dosin.

20. Omnia eadem, bis aluum tenuem heri cum torminibus deposuit. Dedi vnam dosin.

21. Os dolet: gingivae tument, vix exspuit. Dedi nihil.

22. Minus dolet. Dedi vnam dosin.

23. Omnia eadem. Dedi duas doses.

24. Omnia eadem. Dedi vnam dosin.

25. Os plus tumet. Dedi nihil.

26. Dedi duas doses.

Iun. 27. Mane multum exspuit cum nausea dum euigilat, tota die vix halitus foetet, cum callosae laciniae decurrerent ab vna parte vlceris, hinc inde aliquando rumperentur, et tunc viuuae partes emergentes bonum pus funderent, hinc scarificaui haec loca leuiter.

28. Vlcus satis bene se habet, dolet os. Dedi vnam dosin.

29. Vt heri. Dedi vnam dosin.

30. Vt heri. Dedi nihil.

Iul. 1. 2. 3. Omnia vt ante.

4. Vt heri. Dedi nihil.

5. Dedi vnam dosin.

6. Dedi nihil, vlcus multum minuitur, crustae illae fecedunt, et pars subiecta epidermide tecta apparet et sana.

7. Dedi dosin.

8. Dedi nihil.

10. Omnia meliora. Dedi hodie et cras dosin sumendam.

12. Omnia sensim meliora, os plus doluit vsque ad 18, perrexi hinc inde dando puluisculum: sic vsque ad 22 perrexi, dein ad finem mensis tunc nullum merc. dedi, in totum dr. j. merc. praecipit. albi sumsit, sensim vlcus consolidabatur, semper bonum pus fundens, et 24 Augusti erat ne quidem pollicem dimidium quadratum magnum.

*Febris intermittens.*

Aug. 28. 47 annorum tonsor calidae biliosae temperiei: de cephalalgia conquestus fuit per aliquot dies, heri vocatus inueni febrim leuem, os amarum, vrinam acrem rubram cum coloris rosei sedimento diuulso, cum fastidiret cibos, color et reliqua docerent acriorem bilem adesse. Dedi purgans ex rheo, scamon. inde aliquoties aluum deposuit cum leuamine quodam, nox fuit modica, vrina vt ante, febris leuis, labia vlcerosa. Dedi decoct. rad. gram. bard. tamarind. cum sale polychr. balnea pedis.

29. Vrina eadem, saepius aluum viridem,OLIDAM deposuit, pulsus debilis; non febrilis multum, respiratio bona, appetitus deletus, sitis magna, oculi flauescentes. Dedi rob ribes. sambuci, sal. polychr. sp. nitr. dulc. aq. meliss.

30. Omnia meliora, aluum deposuit, bis iam per 3 septimanas obscuratum visum habuerat; nunc visus optimus est, febris nulla, vrina vt ante: appetitus redit, sitis magna fuit. Dedi crem. tart. sal. polychr. sal. tart. forma pulu. dosibus 6.

31. Bilem vomuit, aluum saepe deposuit, vrina flammæ, oculi flauescunt parum, pulsus debilis, appetitus nullus, sitis magna. Dedi rob ribes. syr. citri, rub. idaei, aq. meliss. cort. citr. aurant. sal polychr. sp. nitr. dulc. vitae Mathiol.

Sept. 1. Vrina subsedit lateritia, heri se fatis bene habuit, 6 aluum deposuit, circa vesperam caput doluit,  
nunc

nunc bene se habuit, sed sinistrum brachium friget, sic et die 30 incepit febris cum frigore brachii, oculi leniter flauescunt, nausea. Dedi decoct. gram. bard. scorzon. cutn rob ribes. sale polychr. aq. cinnamom.

Sept. 2. Heri hora 10 febris incepit, durans ad vesperam vsque, cum magno dolore capitis, septies aluum deposuit; appetitus nullus, nox incommoda, vrina vt ante, lingua adhuc parum sordida, oculi vt heri. Dedi residuum decoct. hesterni et post rob ribes. sal. polychr. aq. meliss. hodie mane, pulsus erat debilis non febrilis.

3. Toties aluum deposuit, quoties sumebat medicamentum, febris nulla, vrina subsedit sedimento lateritio, cum caerulea pellicula, abdomen antea inflatum fenserat, nunc subsedit, sitit, in parte posteriori noctis modice se habuerat, alacriter surgit, facies non adeo inflata ac ante. Dedi mixt. ex sp. sulph. diamor. rob ribes. samb. sp. vitæ, aq. cinnam. meliss.

4. Heri post meridiem hora quinta febris cum magno calore, siti, dolore capitis, nox inquietata, vrina vt heri, hodie mane hora vndecima vix febricitabat, sudauit caput, et truncus, pedes non. Dedi mixt. ex diacod. dr. x. cum noctes insomnes duceret: rob ribes. sp. nitr. dulc. tinct. cinnamom. aq. meliss.

5. Vrina vt ante, apyrexia, iam lingua parum humidior, bene dormiuit, heri aluum non deposuit, sed hodie mane borborygni, anxietas, et dein parum tenuis materiae deposuit aluo. Dedi dr.  $\beta$ . rhei forma haustus et vesperi similem mixt. vt heri.

Sept. 6. 4 aluum deposuit, non itaOLIDAM, viridem, postea sumta mixtura aluus sistebatur, non multum dormiuit, febris vix vlla, hodie mane respiratio bona, vrina flammea, tenuis, tensionem infra vmbilicum sentit. Dedi pulp. tamarind. rob sambuc. miuam cidon. cum crysfall. tartar. et pauxillo cinnam. superbibendo serum lactis ebutyrati.

7. Cum magno foetore ingentem copiam liquidae, fuscae materiae, aluo deposuit, cum animi deliquio fere; pulsus debilior, oculi flauescunt. Tensio iam nulla in abdomine, vrina minus flammea, lingua vt heri, debilitas. Dedi mixt. ex sp. nitr. vitae Mahiol. rob ribes. diamor. aq. citri superbibendo emulsum cardiacum, et in victu ius carniuum cum cremore oryzae, succo citri.

8. Vrina minus flammea, non deposuit aluum, dicit se de nocte febricitasse, hodie mane apyrexia, flatus sonoros copiosos dimittit. Dedi eandem mixt. vt heri sine emulso.

Vesperis saepies aluumOLIDAM valde deposuit, post meridiem riguit, surgit in lecto alacriter, respiratio bona, vrina non ita flammea, fitis magna, non dormiuit. Dedi mixt. ex 30 gutt. laud. liquid. sp. sulph. diamor. Nicol. rob ribes. aq. meliss. cort. citri.

9. Nox commodissima, vrina crassa, lateiritia, pulsus bonus, respiratio bona, appetitus redit, ius carniuum sumsit, fitis minor, borborygmi. Dedi miuam cidon. sp. sulphuris, aq. cinnam. meliss. et vesperi residua mixt. diacod. hesternae.

Sept. 10. Vrina non ita rubra, de die bene se habuit, vesperi leuis febricula, lingua nitidior, apyrexia, appetitus bonus fuit. Dedi mixt. ex tinct. contraieru. sale polychr. syr. succ. citri, aq. citri.

11. Heri moleste se habuit, aluum saepe deposuit, tenuem,OLIDAM, post meridiem sitis magna fuit, appetitus nullus, siccitatem sentit ab ore ad ventriculum vsque, non dormiuit, hodie mane febris nulla, sitis, vrina tenuis, minus flammea, respiratio bona. Dedi decoct. pentaphyl. cinnamom. cum diamor. diacod. spir. nitr. dulc. Oculi leuiter flauescabant.

12. Heri tantum bis aluum deposuit parca copia, de nocte sudauit, aliquid amari, biliosi, eructauit, vrina parum coloratior sana, non amplius flammea, febris nulla, sitis modica, appetitus deficit. Dedi aq. menthr. cort. citr. aurant. sp. sulph. syr. citr. rob ribes. diamor.

13. Heri manducauerat lactucas cum acetosa coctas, dein euomuit, hora prima riguit per horam, sudauit dein fortiter, totam noctem insomnem duxit, febris nulla, iam vrina vt heri, aluum quasi lientericam deposuit. Dedi catechu dr. j. diacod. vnc. jβ. aq. meliss. tinctur. cinnamomi.

14. Bene dormiuit, aluum vix deposuit, febris nulla, vrina vt heri. Dedi residuam adhuc medietatem mixturae.

15. Bis parca copia aluum deposuit, somnus adhuc interruptus, tormina hodie mane flatibus soluta, febris nulla, vrina vt heri, sudauit parum, appetitus languet, sitis minor. Dedi spir. vitae Mathiol. syr. diacod. aq. citri.

Sept.



Sept. 16. Aluum saepe deposuit tenuem, viridem,OLIDAM, sudat, noctes molestissimas, infomnes ducit, vrina vt heri, sitis magna, appetitus nullus, lingua humida fatis. Dedi leue purgans ex rheo, scam. lap. cancr. et postea vesperi diacod.

17. Saepies aluum deposuit cum leuamine: febris nulla, vrina vt ante, pustulae prurientes totum pectus et humerum occupant. Dedi mixt. ex sp. nitri dulcis, vitae Math. syr. diacod. aq. menth. cort. citr. aliquid bilis vomuit, aluum non deposuit, tormina tamen aliqua sensit, non dormiuit, superiora corporis sudauerunt, dum pedes frigidiusculi erant: vrina vt ante, appetitus languet. Dedi resid. mixturae et vesperi diacod.

19. Bene dormiuit, dicit se quotidie circa vesperam febricitare, tunc sudare, febris nulla, hodie mane appetitus melior, sitit adhuc, vrina sanae similis. Dedi miuam cydon vnc. j. cum myrrha et mastiche ana dr. j. theriac. Androm. dr. ij.

21. Heri modice se habuit; amara vomuit flaua, lenta: omnia ipsi bilem videntur redolere, febris nulla, pulsus fortis, bis aluum deposuit, appetitus non redit. Dedi vomit. ex gr. xxv. ipecac. diacod. postea.

22. Semel vomuit, aluum deposuit copiosam cum leuamine, vrina vtcunque flammea, appetitus melior. Dedi leue diacod. vesperi vsurpandum, hodie et cras.

24. Non dormiuit multum, quotidie post meridiem hora secunda frigus lumbos occupat: appetitus parvus, sitis valida, sudat copiose: dicit se sentire sitim et siccitatem, quasi ex sinistro hypochondrio ascendere,

lingua satis nitida est; actiones vitales optimae, animales etiam, nisi debilitas aliqua in motu musculari. Dedi mixt. ex spir. Math. vnc. j. spir. nitri dulc. vnc.  $\beta$ . diamor. Nicol. rob sambuc. aq. meliss. cort. citr. aurant. cinnamomi.

Sept. 25. Inueni febricitantem, fitis erat molestissima, non dormiuerat, iussi pergere superbibendo decoct. auenae cum succo citr. vino rhenano.

26. Sitis immanis fuit heri, somnus fere nullus, sudor molestus, et inde debilitas, vrina coloratior sana. Vespero gr. j. opii dedi; et mixt. ex sp. sulph. diamor. spir. matric. aq. citri.

27. Sudauit fortiter hac nocte, aluum non deposuit, vrina flammea; adhuc Cl. B. consultus dixit, periculum adesse, circa praecordia haerere malum, et omni hora iussit sumi vnc. 3 sequentis. ℞. rob sambuc. ribes. ana vnc. j. sal. polychr. dr. ij. aq. fl. sambuc. ℥. ij.

29. Minus sudauit, aluum tenuem, viridem magna copia deposuit, reliqua fere eadem.

30. Vt heri omnia: Cl. B. consultus, cui historiam morbi dederam, probauit facta, dedit eandem mixt. duplicauit rob ribes. samb.

Oct. 1. Bene dormiuit, non adeo sudauit, vrina adhuc flammea. Dedi eadem.

2. Non adeo sudauit, vrina vt heri, febris hac nocte fuit, appetitus languet, perrexi in iisdem, et vt aegro satisfacerem; dedi puluisculos ex contraieru. serp. virg. lap. cancr. slib. diaph.

Oct. 3. Bis heri viridem valde aluum deposuit, febris minor, nox bona fuit, circa vltimum medium limbum costarum dextri lateris dolet. Dedi aq. cort. citr. sal. polychr. tinct. contraieru.

4. Bis adhuc viridia deposuit, reliqua vt heri, sed dolor ille iam abest. Cl. B iussit omni hora dr.  $\beta$ . huius  $\mathcal{R}$ . crem. tartari dr. vj. nitri dr. j. pulp. tamar. vnc. j.

5. Non potuit sumere conditum fere, 4 aluum deposuit, aphthae albae, tenues in faucibus molestiam faciunt. Dedi decoct. liord cum vitell. oui, mell. et syr. althaeae.

6. Actiones vitales bonae, animales constant, in motu musculari tamen debilitas, aphthae albae, non nimis densae, vrina minus flammea, sudauit hac nocte, aluum non deposuit, sitis adest, appetitus languet, ius carniū sumfit. Dedi succum rapar. cum mell. pro gargaris. et emuls. auenaceum.

7. Vrina minus flammea, aluum figuratam, naturalem deposuit, actiones vitales bonae, debilitas in motu musculari: aphthae vt ante. Dedi ol. amygdal. cum vitell. oui, syr. alth.

Vesperī cum singultus valde molestus esset; dedi vnc. j. diacod.

8. Non multum cessauit, singultus post diacod. assumptum, vrina copiosum roseum sedimentum habet, actiones vitales satis bonae, aphthae copiosae, lingua ficcior, aluum semel deposuit. Dedi mel. vitell. ou. aq. rhoeados ol. amygd. dulc. syr. rhei et idem gargarisma.

Oct. 9. Aphthae albae fatis densae, actiones vitales bonae, actiones animales potius auctae, quam imminutae, semel aluum copiosam deposuit, sitit fatis. Dedi similia, sine syr. rhei.

10. Vrina sedimentum lateritium, diuulsum, habet, pulsus fere vt heri, sed parum debilior, singultus minor, aphthae adhuc densae, lingua adhuc sicca est. Aluum semel deposuit, ius carniuum cum vini pauillo suasi, cum debilem se sentiret, et dedi syr. alth. vitell. oui, aq. meliss.

11. Sudauit, aluum bis deposuit, lingua humida et fauces, aphthae tamen densae, vrina modice colorata cum nubecula inflata, febricula leuis, actiones vitales bonae. Dedi syr. viol. mel cum aq. tiliae, singultus manet adhuc.

12. Densae adhuc aphthae, lingua minus humida, febris leuis, vrina magis flammaea, non voluit iam per triduum assumere ius carniuum vel decoct. panis: morosus aeger, perrexi.

13. Febris modica, aphthae densae, albae, vrina valde rubra est, subsidens lateritio sedimento, actiones vitales bonae, naturales parum meliores, animales motus debiles, reliquae functiones animales bonae, nox modica fuit, aluum liquidam deposuit cum crustis aphthosis multis. Dedi syr. fl viol. rob samb. aq. meliss.

14. Facies collapsa, aluum saepissime olidam deposuit, febris leuis, respiratio bona, aphthae densae magis et flauae. Dedi emuls. auenac. cum tinct. cinnamom. syr. myrt. vires muktum minuuntur.

Vesperī inueni extrema frigida, pulsum celerem, debilem, aphthas densissimas, flauescētes, respirationem adhuc bonam.

Oct. 15. Omnia peiora, facies cadauerosa, manus lividae, frigidae, pulsus vix sensibilis, periit circa meridiem.

### *Hemiplegia.*

Sept. 19. Annorum 55 boni habitus sed sanguinci, gibbosa, pusilla, 16 Septembris perterrita fuit post meridiem, vesperī solito magis somnolenta fuit, de nocte euigilans, sensit se anxiam, vomuit, surrexit de lecto, rediit sola in lectum, mane inuenerunt illam hemiplecticam, vocatus hora vndecima inueni totum latus dextrum paralyticum, balbutiebat, angulus sinister labiorum retrahebatur, mente constabat tamen. Iussi V. S. ad vnc. viij, et dedi purgans ex fol. fennae, agatic. tamarind.

Die 17 inueni idem, leuamen multum, aluum faecipissime deposuerat, sanguis non erat phlogisticus, aliqua febris, melius loquebatur, leue motus vestigium in brachio, plus in crure affecto. Dedi sal. polychr. dr. ij. syr. ros. cum fenna vnc. ij. aq. rutae vnc. x. utroque oculo bene videt.

Die 18 melius se habebat, satis distincte loquebatur, linguam recte exerebat, quod heri nondum bene fecerat, maior motus in latere affecto toto. Dedi mixt. ex spir. croci, aq. rorisinari: vrina turbida, crassa, flaua viridis, febris nulla.

Hodie vrina vt heri, dicit se febricitasse heri, nunc non, motus multo melior, loquela distincta est. Dedi gr. xx. pill. coch.

Sept. 20. Quater aluum deposuit, nox satis bona fuit, debilitas, vrina vt heri, lingua parum sordida, febris nulla, reliqua vt heri. Dedi sal. vol. dr. ij. tinct. succin. dr. iij. aq. rorismar. syr. artemis. spir antiparal.

21. Non sitit, appetitus languet, bene dormiuit, vrina subfusca, febris nulla, applicui vesicantia nuchae, et dedi idem remed.

22. Vrina turbida, febris nulla, motus melior. Dedi sp. croci dr. j. aq. rorismar. ℞. β. syr. artemis. vnc. j. dum e fomno expergesit, parum delirat, sed cito cessat.

23. Actiones vitales satis bonae: somnolenta fuit tota die, mens constat, brachium melius mouet, brachium sinistrum stupet plus, aluus stricta. Dedi pillul. ex assa foetid. castor. ol. rorismar. galb. crus dextrum doluit, mixt. vt heri.

24. Febricitat, sudauit fortiter, motus melior, dicit se iam percipere, quod memoria et intellectus longe firmitiora sint, quam ante, vrina subuiridescit, perrexi.

25. Heri animo mota fuit, febris durat, perrexi, reliqua vt heri.

26. Vrina vt ante, dicit heri se febricitasse, somnolenta magis fuit, motus melior, hodie mane inueni febricitantem. Dedi gr. xx. pillul. coch.

27. Vrina vt heri: bis aluum deposuit, somnolenta adhuc est, dicit se minus stuporis quam antea sentire in  
toto

toto latere; et brachium melius mouet. Dedi sp. croci fyr. fennae, aq. rorifinar.

Sept. 28. Vrina vt ante, febricula, leuis surditas sed sic solebat antea: brachium melius mouet, mens constat, memoria firmior. Dedi pill. ex assa foetida, galban. caflor. ol. rorifinar.

30. Vrina sanae instar, febricula, loquela parum difficilior videtur, brachium tamen melius mouet, et sentit stuporem in pede aboleri. Dedi purgans ex scammono, res. ialap. cinabar. cras sumendum.

Oct. 2. Valide inde purgata fuit, febricula durat, melius mouet membra. Dedi mixt ex sal. vol. oleos. dr. iij. aq. rorifinar. vnc. x. fyr. artemis.

3. Quando dormit, non facile illam possunt expergefacere, mens constat, dolorem in crure affecto molestum sensit, febricula leuis. Dedi residuum prioris mixt. et dein pill. ex assa foetida, castoreo, ol. succini.

6. Sensim in melius pergit, febricula adest, perrexi.

10. Sensim proficit: febricula leuis, sudat saepe, perrexi.

14. Plus proficit, perrexi.

### *Pleuritis.*

Sept. 20. Vegetus senex, pusillae staturae, sanguineae temperiei, 60 annorum, calefacto corpore aeri vespertino expositus fuerat, turbatus metu hora noctis secunda inter 18 et 19 Sept. incepit febricitare, heri mane in postica dextra parte costarum maxime convexa dolorem sensit, inspiratione auctum; vesperi inueni

febricitantem, sed mitius, quam ante, vt dicebat, em-  
plastrum applicui de labdano, et dedi decoct. bardan. scor-  
zon. etc. cum rob sambuc. nitro, nox incommoda, dolor  
magis iam versus anteriora pectoris processit, vrina flam-  
mea, febris pauca. V. S. ad vuc. viij. Dedi decoct.  
auenae cum nitro dr. ij. rob samb. vnc. iv.

Vesperi sanguis habet crustam phlogificam, dolor  
minor, febris exigua, lingua satis humida, vrina spu-  
mosa, colorata, vt sana, nubem crassam circa fundum  
habet. Dedi dr. vj. diacodii.

Sept. 12. Nox commoda, dolor abest, sputa quaedam  
prodeunt, vrina vt ante, lingua vt ante, aluum semel  
deposuit figuratam, mollem. Dedi decoct. ʒ rad. ape-  
rient. cum syr. ʒ rad. nitr.

22. Heri modice se habuit, tremuit aliquando,  
quando aliquid vult apprehendere. Heri leue animi  
deliquium habuit, de nocte non multum dormiuit, in-  
somnia turbulenta; febris nulla, calor æquabilis, cutis  
humida, tussis leuis, nec sputa prodeunt, nec videtur in  
pulmone multum haerere: vrina heri vesperi crassam  
nubem habebat, nunc etiam: sed iam est magis colo-  
rata, dolor labris euanuit. Dedi eadem.

23. Heri debilem se sensit, dum vult quid arri-  
pere tremit, nox modica, pulsus non febrilis, durus ta-  
men, respiratio laboriosa, magis tamen sine dolore,  
vrina rubicundior cum nubecula, lingua modice humida.  
Dedi decoct. auen. cort. citri aq. rob samb. nitr. debili-  
tas in motu animali.



Vesperis pulsus fortis, febrilis magis, respiratio aliquid impedimenti habebat, dicunt leue delirium fuisse, balnea pedum iussi, perrexi in iisdem.

Sept. 24. Nox incommoda, respiratio breuior, pulsus satis sedatus, debilitas in motu musculari, vrina nubem crassam in fundo habet, et est subturbidula, lingua humida, aliquas fordes habet, aluus stricta. Dedi nitr. dr. ij. mannae vnc. j. syr. alth. vnc. ij. scorz. gram. bardan. decoct. Circa meridiem dicunt dolorem lateris corripuisse iterum, iussi fomentum, aq. sapon. lactis apponere.

Circa meridiem dolor lateris dextri valde recruduit, nec cessit fomentis ex sapone: vrina crassam nubem habebat: lingua siccior, dicunt parum delirasse, iussi V. S. vnc. viij. et dedi emuls. diacod. cum nitro.

25. Nox modica, sed turbulenta, insomnia fuerunt subturbidula: vrina spumosa, sanguis paucum serum, sed densam crustam phlogisticam habet, calor aequabilis, pulsus non ita durus, quam heri, vesperi, aequabilis, tardior ac ante, respiratio cum quodam nisu, lingua humidior. Dedi decoct. bard. gram. scorzon. syr. 5 rad. nitr. dr. ij.

Vrina magis flammea, crassam non subsidentem nubem habet, et moleculas diuisas per totam vrinam haerentes, dispersas: delirium peius, respiratio difficilior, lingua siccior, aluus stricta. Dedi balnea pedum, epispastica, clystina, febris cum esset fortior, et calor magnus ad extrema vsque, iussi V. S. ad vnc. vj.

26. Nox turbulenta, delirium magnum, facies tristes, respiratio difficilior, nec V. S. nec clystina admisit,

nec

nec medicam. sumsit, iussi clyfma applicari et vt pergerent in vfu decoct. periit hora tertia pomerid. placide.

*Angina.*

Sept.  $\frac{29}{2}$ . Annorum 56 iam a 20 annis nullo grauiori morbo laborauerat; monuit se valde mobilem esse ad medicamentorum vsum; heri sine causa manifesta fenfit dolorem in dextro faucium latere, post in mediis faucibus pone laryngem, dixit hoc incepisse, dum valido nisu phlegma volebat exspuere, inueni sine febre in illa actione deglutitionis, dum eleuatur larynx valde dolentem, somnoleutior est, vox rauca, lingua alba, flauescens in faucibus, vix quid apparet inflammati. Dedi decoct. emolliens cum vnc. j  $\beta$ . mannae et applicui collo cataplasma ex auen. lacte et aq. et butyro.

Vespero inueni sine febre, nil potuerat deglutire de remedio, loquela erat impedita, et non sonora fere, aluum bis vel ter deposuerat tenuem, iussi applicari clyfma ex decoct. fennae, agarici, nitr. syr. fennae, balnea pedum continua.

$\frac{30}{3}$ . Inde aliquoties aluum deposuerat non difficulter, nec decumbere potest, sed situm erectum quaerit, et orthopnoeicus est, febricitat, nil omnino deglutire potest, iussi omni trihorio vnc. viij. aq. lactis et mellis iniicere, forma clyfinatis applicare nuchae cucurbitas, empl. labd. oxycroc. collo applicari iussi.

Vespero a cucurbitis fere animi deliquium, nil deglutire potest, decumbere nequit, sed erectus sedet in sedili, tunc commode habens, loquela non sonora fere,  
diffi-

difficilis, clysmata ex lacte non diu retinuit; pulsus durus, febrilis, calor ad extrema vsque, iussi V. S. ad vnc. vj. balnea pedum, clysmata ex lacte, vaporem ex decoct. leui fl. samb. alth. melilot. cum acet. et pauxillo spir. matr.

Oct.  $\frac{1}{4}$ . Sanguis crustam phlogisticam habet, et pauculum feri, nox melior, respiratio facilior, nec erecta ceruice amplius respirat, deglutiuit aliquid, pulsus febrilis, modice durus, adhuc celer, aequalis. Dedi rob samb. cum nitr. decoct. auen.

Vesperi pulsus vt hodie mane, deglutitio libera iam est, febris tamen adhuc manet: perrexi.

$\frac{2}{5}$ . Minus fortis, durus pulsus, loquela melior, respiratio bona, non dormiuit, et turbidas quasi rerum imagines habuit, multum potauit, vrina subsidet, lingua humidior. Dedi decoct. tamarind. gram. bard. scorzon. cum rob samb. nitr. balnea pedum.

Vesperi, respiratio magis laboriosa, febris satis fortis, cum pulsu pleno, duro, vrina flammea, non multum adhuc sumserat de medicamento: iussi pergere.

$\frac{3}{6}$ . Nox modica fuit, vrina adhuc flammea, hodie mane deglutitio satis libera, tamen in respiratione aliquid difficultatis sensit, minus tamen, quam heri, mens constat. Dedi decoct. gram. auen. bard. scorz. cum rob samb. nitr. syr. de althea.

Vesperi, vrina minus flammea, respiratio adhuc laboriosa, vt hodie mane, pulsus non ita celer et paruum debilior, calor modicus ad extrema vsque; decubuit in dorso, vtrumque hypochondrium et epigastrium dolent, imprimis dum alterutri lateri vult incumbere, appetitus deficit,

deficit, sitis non magna, lac cum aq. potat. Dedi gra-  
tum emuls. cum pauillo diacod.

4. Nox modica, dolor ille circa hypochondria vt  
heri vesperi, simile quid in sanitate etiam se dicit perci-  
pere, vrina flammea adhuc, pulsus et respiratio et lingua  
vt heri, aluus stricta, dum erectus sedet, facilius respirat.  
Dedi decoct. 5 rad. cum melle et sale polychr.

Febris fortior, respiratio vt ante, melius respirat  
dum erectus sedet, sudauit, lingua vt hodie mane, dum  
aluus haectenus stricta esset; dedi clyfina et postea hau-  
stum diacod., vrina flammea.

5. Aluum semel deposuit a clyfinate: dormiuit  
modice, sudauit aequaliter profuso sudore calido per  
totum corpus, vrina rubra, flammea, cum quodam eneo-  
remate, pulsus bonus, aequalis, minus febrilis, respira-  
tio melior, debilem se sentit. Dedi decoct. 5 rad. cum  
nitr. melle.

Vesperi lingua crustam habet secedentem, villosam,  
humidam, fauces fatis humidae, pulsus et respiratio vt  
hodie mane, tensio illa circa hypochondria minor, vri-  
na adhuc flammea cum nubecula; sudauit fatis fortiter,  
flatus deorsum demisit. Dedi infus. fassafr. sant. citr.  
cum syr. 5 rad.

6. Nox molesta fuit, hora 12 post meridiem bre-  
uem somnum turbulentum, incepit rigore concuti, sine  
frigore moleste habuit, sudauit, calor aequabilis, pulsus  
adhuc fatis fortis, parum adhuc febrilis, respiratio parum  
adhuc laboriosa: lingua parum ficcior, vrina vt heri.  
Dedi rob ribes. samb. nitr. aq. meliss.

Vrina minus flammea, respiratio melior, febris levis, lingua humidior. Dedi haustum diacod.

Oct.  $\frac{7}{15}$ . Bene dormiuit, febris fere nulla, respiratio sensim melior fit in profunda inspiratione, circa abdomen aliquod impedimentum habet, lingua vt heri. Vespero dedi sal. polychr. fyr. citr. rub. idaei, viol. aq. meliss.

$\frac{8}{11}$ . Vrina heri vesperi sanae fere similis erat, nunc parum coloratior, pulsus aequalis, debilis, tensio illa circa limbum costarum adhuc adest, lingua sensim nitidior. Dedi mixt. ex aq. citr. tinct. contraieru. dr. iij. fyr. 5 rad. vnc. j.

$\frac{9}{12}$ . Actiones vitales bonae, nisi in profunda respiratione vel tussi circa hypochondria, et pectus aliquid doloris sentiat, actiones naturales bonae, vires insurgunt, vrina vt heri, mane aluus stricta post vltimum clysm. Dedi pill. xv. pill. Ruffi et aq. foenicul. mel. sal. polychr. dr. j.

$\frac{10}{13}$ . 4 aluum posuit; actiones vitales satis integrae, nisi quod dolor adhuc occuparet spatium quadratum, cuius superius latus transfiret fere per centrum vtriusque papillae; inferius terminaretur supra umbilicum, duo alia latera a papillis deorsum ducerentur, dolor ille erat obtusus, tantum vtcunque impeditus, profundam respirationem; actiones naturales meliores, vti et vires insurgunt, somnus bonus, applicui emplastr. labd. et dedi infus. sem. foenic. carui, apii, cum aq. lacte, melle.

$\frac{11}{14}$ . Sudauit, omnia reliqua vt heri, perrexi.

$\frac{12}{15}$ . Dolor ille sensim minuitur, reliqua bona, iussi pergere per biduum.

Oct.  $\frac{14}{17}$ . Die 12. vesperi dicit se molestius habuisse, somnus bonus fuit, respiratio melior, dolor ille quadratus sensim imminuitur, pulsus bonus, calor aequabilis, aluus strictior, lingua humida, parum sordida. Dedi pill. Ruffi gr. xv. cum myrrha, sale polychr. superbibendo aq. mel. lac cum infus. anisi.

$\frac{16}{19}$ . Sumisit diuid. pillul. ter aluum deposuit, sudavit hac nocte, dolor fere vt 14, iussi pergere per biduum.

$\frac{18}{21}$ . Febris nulla, respiratio melior, aliquid tamen ibi haeret, quasi antiqui doloris; melior appetitus, vires mouent corpus, increfcunt, ter aluum deposuit, non potest bene decumbere in latus. Dedi pill. ex myrrha, olib. galban.

$\frac{21}{24}$ . Vires non augentur, respiratio breuior, aliquis stertor in pectore, febris nulla, dolor ille circa pectus et hypochondria durat, lingua nitida, functiones naturales bonae, in motu musculari vires non augentur adeo. Dedi infus. hyssop. agrim. beton. puleg. cum aq. lact. et melle.

$\frac{24}{27}$ . Die 22 dicit se febricitasse, vsque in diem sequentem, orto postea profuso sudore iam febris nulla, vrina instar sanae, ille dolor obtusus post sudorem minuitur. Dedi decoct. bard. 5 rad. cum infus. sem. 4 calid. maior.

$\frac{26}{29}$  Dolor ille obtusus minor, actiones vitales satis bonae, respiratio enim melior est, lingua nitida est, et papillosa; dormit iam cum leuamine, quod ante non tam bene sensit; appetitus bonus, aluus respondet, vires in motu musculari parum auctae, reliquae functiones anima-

animales bonae. Dedi sp. antiscorb. cum aq. foenic. fyr. ʒ rad.

$\frac{31}{4}$ . Vires musculares non multum augentur, hodie vesperi inueni leuem febriculam, in respiratione aliquod impedimentum, lingua satis nitida, vrina coloratior sana. Dedi pill. ex myrrh. sapon. venet. succo glycyrrh. tereb. cum inf. assafr. cum aq. lacte, melle.

Nou.  $\frac{12}{46}$ . Huc vsque in illorum vsu perrexit, et pedetentim proficit, conualuit.

*Peripneumonia notha.*

Sept. 29. Annorum \* obesa admodum per 5 menses menstruis caruit cum dubia quadam grauiditatis suspicione; ante 14 dies angina inflammatoria subito suppurata laborauerat, saepe anginis obnoxia, iam ante aliquot septimanas in subitam tussim aliquando incidebat, cum dolore tunc capitis enormi: dum tussiebat, ac si omnia dissilirent in capite; hoc et heri vesperi ipsi accidit, hodie mane adhuc exiuerat, post meridiem vocatus inueni valde anxiam, respirationem impeditam, subinde ac si aliquid ex capite in fauces decideret, oriebatur fere tussis suffocans, non poterat decumbere, pulsus paruus, sed celer, calor ad extrema vsque, vena ipsi secta fuerat in angina praecedenti; iussi tamen nunc iterum V. S. vnc. viij. balnea pedum omni  $\frac{1}{4}$  horae vnc. j. decoct. ʒ rad. cum sale polychr. fyr. ʒ rad.

Sanguis habebat crustam phlogisticam, leuamen a V. S. aliquod; dum pedes aq. tepidae immergebat, ge-

nua et abdomen frigida erant, respiratio adhuc difficilis, melior tamen, pulsus parum plenior.

Sept. 30. Nox molesta, dum prona in faciem cubabat, leuabatur, respiratio adhuc molesta, vriua flamma, rubra; pulsus vt heri vesperi, lingua albicabat, iussi clystina et mixt. ex oxymel. scill. fyr. 5 rad. sale polychr. aq. foenicul. hyssop. superbibendo idem decoctum.

Vesperi pulsus plenior, respiratio melior, decumbere potest, melius respirat, perrexi, et quia parum asperitatis in faucibus sentiebat; ol. oliuar. puriss. cum saccharo dedi, leuamen a clysmate statim percepit.

Oct. 1. Vrina crassa, fordida, cum copioso sedimento diuulso, nox cum insomniis turbulentis, respiratio melior est, pulsus debiliior parum, dolor lumborum, tormina aliqua, aluum non deposuit. Dedi decoct. 5 rad. cum nitr. et melle, sale polychr.

2. Tussis valde molesta fuit hac nocte, pulsus bonus, sed dum decumbit tussis oritur, aliter melius se habere videtur: vt compescerem tussim molestant, dedi mixt. ex vnc. j. β. diacod. superbibendo decoct. hesternum residuum.

3. Tussis minor, respiratio melior, nox modica fuit. Dedi mixt. ex aq. foen. hyssop. fyr. 5 rad. tinct. succ.

4. Melius se habet, pulsus bonus, respiratio bona, aluus iam per quatuor dies stricta. Dedi gr. xx. pill. Ruffi et cochiae simul; vesperi diacodium.



Oct. 5. Commode purgata fuit, dextra tonsilla dolet, et intumuit, de reliquis bene se habuit. Dedi rob samb. diamor. nitr. sp. sulph. per camp.

6. Aliquid puris ex gutture reddidit, hinc fauces iam bene se habent, sed ab hac mixtura tussis irritata fuit. Dedi mixt. ex syr. alth. diacod. ana vnc. j.

7. Sputa quaedam purulenta cum leuamine, febris nulla, respiratio satis bona. Dedi mixt. ex aq. foenic. hyss. syr. 5 rad.

8. Omnia bona, nisi tussis quandoque molesta esset. Dedi pill. ex myrrh. oliban. succ. glycyrrh. ana cum parum terebin. superbibendo vnc. β. mixt. ex aq. fl. rhoeados, syr. diacod.

10. Melius parum se habet, aluus stricta. Dedi gr. xx. pill. Ruffi.

13. Pectus adhuc obsessum glutinosis tenacibus. Dedi oxym. scill. syr. 5 rad. aq. foenicul. hyssop.

14. Omnia fere vt ante, iussi vt pergeret, et cras sumeret pill. Ruffi, coch. ana gr. x.

16. Heri ter aluum deposuit, nocte tussis molestissima. Dedi infus. rad. helen. sem. anis. foen. carui, bard. cum melle, vt tenacem de pulmone educerem materiem et vesperi pill. cynogloss. vt tussim sedarem.

18. Inde leuamen habuit. Dedi eadem.

### *Mictus cruentus.*

Oct. 17. 26 annorum, vegetus sanissimus haetenus, bis in vita sua laborauerat pleuritide: heri rheda (chaise) vectus ob viae inaequalitatem sensit, a rhedae validis-

fina concuffione dolorem aliquem in lumbis, vefperi domum redux horripilauit, fumfit vinum rhenanum cum nuce mofcata: hodie mane franguriam fenfit, quae manfit tota die cum dolore, obtufo dolore circa regione: renis dextri, cum antea franguriae aliquando foret obnoxius, folebat fp. iuniperi cum nuce mofchata compescere, quod et hodie tentauit, vrina erat fufca, fanguinolenta cum fedimento fufco, febris leuis aderat, respiratio optima V. S. et decoct. dedi ex emoll. et glycyrrh.

Oct. 18. Sanguis phlogifticus, fenfit dolorem obtu-  
fum cum lumbis franguria valde molefta fuit, vrina eadem, respiratio bona. Dedi decoct. papau. lini, confol. plantag. aq. cinnam. fyr. alth. et applicui pubi faponem venetum in aq. et lacte folutum.

19. Magnum leuamen a fomento, febris nulla, nox commoda, nullam habet franguriam, vrina vt heri. Perrexi.

20. Bene fe habet in omnibus, franguria abeft, vrina fere vt fana, pauculum obfcure habens quafi. Dedi pill. ex farcocoll. oliban. fucco glycyrrh. tereb. parum, superbibendo infuf. glycyrrh. cum aq. et lacte.

1738. Iunii 22. Rheda vectus fimile quid habuit, post vectionem in rheda dolorem fenfit, non S. V. cum minus doleret, vrina erat fanguinolenta, curatus fuit fimilibus.

*Bilis corrupta in primis viis.*

Oct. 27. Annorum 31. per 5 dies catarrho laboraverat, heri febricitavit cum magno dolore capitis, siti, nausea, actiones vitales bonae et animales; febris modica, appetitus prostratus, menstrua fluunt, aluus iam ab aliquot diebus laxior fuit. Dedi rob samb. ribes. sal. polychr. aq. meliss.

28. Urina crassa, turbida, actiones vitales et animales satis bonae, sed nausea et vomitus ingestorum, hinc nox incommoda, semel aluum nigram deposuit. Dedi purgans ex scammon. et rheo.

29. Urina crassa, pauca, turbida, vomuit multum pituitae, aluo nigra tenacia deposuit, actiones vitales bonae satis, lingua humidior, nausea. Dedi aq. menth. citr. spir. nitr. dulc. aq. cinnamomi, miuam cydon.

30. Non vomuit, commode se habuit; actiones vitales bonae, sed debiles, urinae sanae fere similes, sitis adhuc magna. Dedi acidum gratum cardiac.

31. Bene dormiuit, falsus sapor in ore, actiones vitales bonae, in naturalibus deficit appetitus, urinam non vidi, tussicula catarrhosa. Dedi tinct. myrrh. syr. 5 rad. aq. menth.

Nov. 1. Sitis, pulsus debilis non febrilis, bis aluum crisei coloris dicunt deposuisse: respiratio bona, amara vomuit, nausea adest et vomituritio. Dedi gr. xv. pill. Ruffi et dein gratam cardiacam mixturam.

2. Debilitas, bis aluum deposuit, appetitus deletus, vomiturit, urina satis rubra adhuc, febris nulla, dormi-

vit satis bene hac nocte, sitis magna. Dedi pulu. ex ol. cinnamomi guttis iij. sacchari dr. j. myrrh. dr.  $\beta$ .

Nou. 3. Melius longe se habet, febris nulla, sed pulsus debilis. Dedi mixt. 1 Nou.

4. Melius habet sed debilis. Dedi similia.

5. Consuluerunt Cl. B. qui dicit atram bilem haerere circa primas vias. Dedit pulpam tamarind. cum crem. tart. rhei, sale polychr.

9. Optime se habuit, inde copiosam materiem euacuans. Dedi idem.

13. Maximam copiam glutinis et amurcosae fecis deposuit, quotidie fummo cum leuamine, iussi pergere.

16. Bene se habet, perrexit aluum deponere. Dedi zing. cond. cort. aurant. condit. ultimo aluus deposita naturaliter et colorata.

### *Tertiana.*

Oct. 27. Annorum circiter 40 debilis, valetudinaria, multas aerumnas tacito animo oppresserat, mobilis in genere neruoso, ante biennium quartanam diu passa est, asthmatica, conuulsua aliquando: 22 Oct. subito laborauit febre, rediit paroxysmus 24 et 26. satis fortiter, incipit saepe aluum deponere olidam, valde nunc fuscam, nunc viridem, putridissimam: sitis immanis, debilitas, dolor capitis, acida saponacea cum cardiacis dederam, victum ex acidis acescentibus et hodie cum alui ille fluxus immaniter pergeret; dedi purgans ex rheo scamn. postea post 6 horas gr. j. opii, saepe iude euacuata

cuata est cum leuamine, postea grata acida cardiaca dedi diacodiata.

Oct. 28. Nox molesta adhuc fuit, febris semper anticipans iam hora quinta matutina, lingua, quae ante fordida fuerat, iam nitidior: actiones vitales bonae, vt animales, nisi debilitas adesset. Dedi mixt. ex succo citr. syr. rub. idaei, aq. cinnam. rutae, meliss. circa meridiem inueni fortiter febricitantem, et molestissimus flatus, vomitus, cum sensu doloris in praecordiis et lumbis, vidi facile ventriculum irritatum esse, applicui externe theriacam cum mastiche; tota die et nocte aluum non deposuit, et dedi pulu. ex lap. cancr. corall. pulu. Kent, gr.  $\beta$ . opii.

Vesperis sedatus fuit ille inordinatus ventriculi motus, bis aluum deposuit flavescentem, instar pultis dilutae prima vice; secunda vice instar pultis crassioris, nec ita oli-da erat, pulsus satis fortis, calor ad extrema vsque, lingua sicca, dolet adhuc caput, fitit. Dedi eosdem pulveres et gratum emulsum cum diacod. et tinctura succin.

29. Nox satis commoda, lingua alba, sicca, actiones vitales bonae, aluum non deposuit, vrina rubra, acris, cutis aequabiliter humida. Dedi decoct. auen. gramin. cum syr. rub. idaei, aq. citr. falis polycha. pauxillo.

Non deposuit aluum, ructus, flatus, lingua parum humidior, hora quarta heri riguit, nunc tamen calet. Dedi gratum emulsum cum tinct. succini, syr. diacodii pauxillo.

30. Nox fuit satis commoda, hodie mane sensit quasi febris initium, vrina crassa, turbida, fastidit omnia,

ructus, flatus, circa praecordia tensionem sentit, actiones vitales bonae.

Circa meridiem febris adest, cum pulsu pleno, valido, non admodum celeri, ructus molesti, fastidit omnia fere, vomuit pituitam, semel aluo deposuit biliosa. Dedi aq. citr. cum pauxill. diacod. tinct. succin. et empl. ex theriac. Vesperi bene se habebat satis.

Oct. 31. Nox optima, actiones vitales bonae, aequabiles, lingua humida, omnia meliora, vrina parca, crassa. Dedi rob samb. ribes. sal. polychr.

Vrina pauca, crassa, turbida, ter aluum fuscam olidam deposuit, dolor capitis magnus, pulsus aequabilis, calor magnus, appetitus deletus, fitis, epithema fronti applicui ex sp. sulph. per camp. rob ribes. aq. meliss.

Nou. 1. 12 aluum deposuit satis olidam, hac nocte, nigram, actiones vitales bonae, lingua magis fusca. Dedi haustum ex Myrob. rheo, syr. rhei et post gr. j. opii.

Vesperi bene se habebat, aluum 6 deposuerat cum magno leuamine. Dedi gratum acidum cardiacum Cl. B consultus omnia probauit, pergendum iussit.

2. Nox bona, actiones vitales bonae, appetitus melior. Dedi grata cardiaca.

3. Nox bona, aluum figuratam deposuit, actiones vitales bonae, appetitus redit, vrina crassa, turbida, perrexi.

4. Vrina crassa, turbida, heri, bis aluum deposuit, sed satis figuratam, sic et hodie mane, aliquid circa praecordia sentit, actiones vitales bonae. Naturales insurgunt, in animalibus sola debilitas. Dedi grat. cardiac. febris nulla,

nulla, tormina valida habuit, post meridiem et semel aluum figuratam, mollem, deposuit cum leuamine: reliqua vt ante. Dedi gratum carminatiuum cum pauculo laud. liquid.

Nou. 5. Nox modica, vrina crassa, turbida, actiones vitales bonae, non deposuit aluum, lingua vt heri bene humida, papillosa, actiones naturales meliores. Dedi sal. polychr. tart. ol. cum aq. citr. syr. 5 rad. tinct. contraeru.

Vesperis, cum tormina illa rediissent et sentiret tensionem circa anum, reliqua bona essent, iussi clyisma et dein leue diacod.

6. Satis multas feces eduxit clyisma, globosas sed flavas, postea adhuc semel aluum mollem, flauam, deposuit, sentit aliquid adhuc in abdomine tensum quasi, actiones vitales bonae, vrina coloratior sana, sed acris et stranguriosa. Dedi sal. volatil. rob. ribes. samb. aq. citri.

7. Nox modica, tensio in hypochondrio sinistro per dorsum et scapulas tendens, actiones vitales bonae, appetitus languet, credidi adhuc aliquid circa primas vias haerere. Dedi pulp. tamar. crem. tart. sal. polychr. cum pauxillo rhei.

Bis aluum glutinosam, fuscam, deposuit cum leuamine. Dedi leue diacod.

8. Nox non ita bona, appetitus languet, sentit adhuc tensionem in abdomine. Dedi iterum aliquid conditi et gratum cardiacum.

Aluum bis adhuc similem posuit. Dedi diacod.

Nou. 9. Nox non ita commoda. Dedi residuum condit. vrina erat satis intense colorata.

10. Aluum bis deposuit flauam instar olei lini cum dolore circa intestinum rectum, nox commoda, vrina crassa, turbidula. Dedi sal. polychr. rob ribes. sambuc. aq. citr. aurant. meliss.

11. Nox incommoda fuit, aluum adhuc deposuit, similem, cum nausea et vomitus durarent. Dedi ipecacuan. et postea gr. j. opii. Inde euomuit bilem, et aliquoties aluum deposuit cum leuamine.

12. Vrina crassa, turbida, nox non ita commoda, dicit se febricitasse, nausea minor, aluum non deposuit, fitis magna est, appetitus nondum rediit, lingua in medio villosa satis modice humida, somnus turbulentus. Dedi sp. nitr. dulcem, vitae Math. syr. rub. idaei, succi citr. aq. meliss. cort. citr. aurant.

Vesperis vrina adhuc rubra, actiones vitales bonae, debilitas et torpor quasi, nausea et aluus stricta, fitis vt ante. Dedi gratum emuls. applicui theriac. ventriculo.

13. Nox modica fuit, febris nulla, vitalia bona, vrina adhuc rubra, nausea cessat, aluum semel parca copia figuratam deposuit. Dedi pulueres ex lap. cancr. Kent, contraieru. etc.

14. Bene se habuit, heri appetitus melior fuit, nox non ita commoda, vrina coloratior sana, lingua satis nitida, aluus figurata. Dedi omni trihorio vnc.  $\beta$ . sequentis.  $\mathcal{R}$ . tinct. myrrhae vnc.  $\beta$ . aq. et syr. menthae, dum oscitat sentit interiora quasi parum dolentia.



Nou. 15. Heri quinquies aluum deposuit, tenuem ultimo, heri vesperi incepit horripilare cum leui nausea, postea valde caluit, sudauit hodie mane, pulsus erat magis debilis, quam ante, vndosus heri, appetitus melior fuerat, multum bibit hac nocte, febris iam nulla, vrina parum minus colorata, quam ante, dolor lumborum adest. Dedi sp. nitr. per camp. syr. citri, diamor. aq. meliss. rutae, cort. citr. aurant.

16. Hac nocte dicit se parum febricitasse; aluum non deposuit, pulsus fortior. Dedi infus. contraieru. aluum semel figuratam deposuit.

17. Nox modica, febris nulla, bis aluum deposuit, semel tenuem, postea figuratam, mollem; appetitus languabat. Dedi vinum medicatum amarum.

18. Heri ter aluum deposuit, semel liquidam, instat tempus mensurae, somnus turbatus fuit, pulsus debilis, vndosus quasi. Dedi tinct. succin. spir. meliss. aq. citr. aurant. menses inceperunt fluere.

19. Appetitus melior. Dedi eadem. Febris nulla, fluunt menses.

20. Fluunt menses, reliqua satis bona. Dedi eadem.

21. Menses cessant; vesperi: leuis paroxysmus asthmaticus. Dedi sp. ammoniac. tinct. succin. castor. aq. rutae, syr. diacod.

22. Nox insomnis, sed modica fuit. Dedi eadem.

23. Nox bona, aluus stricta.

24. Insomniua molesta, pulsus debilis. Dedi pulu. ex ol. ciuam. citr. aurant. meliss. sacchar. contraieru. lap. cancr.

Nou. 25. Nox modica, aluus stricta. Dedi pill. Ruffi gr. x. inde quater aluum deposuit. Dedi haustum cum gutt. xx. laud. liquid.

26. Non dormiuit bene, languet parum, appetitus tamen infurgit. Dedi gratum emulsum. Lardum manducauit.

27. Bene dormiuit, euigilans sensit corpus vbique dolens, postea dolor lumborum, et anxietas asthmaica. Dedi sp. ammoniac. tinct. succ. castor. laud. gr. j. aq. rutae.

28. Modice se habuit, sed aluus per triduum stricta, iussi clyfma et emuls. diacod.

29. Clyfma molestissime feces eduxit duras, nox insomnis fere, aluum adhuc strictam sentit. Dedi decoct. ℞. β. vuar. corinth. dr. vj. mannae.

Dec. 6. Sic languet hucusque, appetitus parum melior, aluus stricta, leuis angina, dolores scorbutici, heri gr. xv. pillul. Ruffi. sumfit, et inde quater aluum deposuit.

8. Aluus cum stricta esset, dedi gr. x. pillul. Ruffi, vnde quater aluum deposuit cum leuamine.

23. Sensim sic profecit parum, subinde dato purgante, iam aluus per triduum stricta cum esset, incepit parum angi, subito hodie mane hora decima in toto genere neruoso affici, sic vt et leuis conuulsio dicatur adfuisse. Dedi sp. ammoniac. tinct. castorei, succini, aq. rutae, actiones vitales bonae erant. Dedi post bihorium clyfma, quod magno cum leuamine multas feces duxit glutinosas; simul applicui gummi ammon. plantis

tis pedum instar emplastri, incepit et de stranguria queri. Vesperis dedi gratum emulsum.

Dec. 23. Urina stranguriosa, turbida, parca. Dedi decoct. altheae cum rad. foenicul.

25. Nox satis bona; dolorem circa renem sentit, et motum quemdam, mox magnum, urinae modice coloratae profluvium sine tanta stranguria. Dedi ol. amygd. cum vitell. ovi; syr. alth. aq. foenicul. vesperis: cum magna stranguria esset, iussi clystima ex ol. lini, melle, mercurial. aq. foenicul. et dedi emuls. cum diacodio.

26. Magnam copiam fecum cum leuainine eduxit; nox non ita commoda, grumos sanguineos, carunculas heri et hodie, cum urina excreuit; in inguine fixum dolorem senserat, post clystima euavidum; tunc simul magna copia urinae prodibat. Dedi decoct. alth. cum sem. foenicul. syr. alth. inde leuainen habuit.

27. Nox bona, urina bene prodit, febris nulla. Dedi eadem

28. Stranguria adest adhuc, reliqua bona. Applicui decoct. ex emoll. cum sap. veneto pubi. Dedi ol. amygd. cum vitell. ovi, paucis guttis balsam. de Mecca, syr. alth.

29. Stranguria minor, reliqua bona. Dedi pillul. ex rheo, croco, succin. glycyrrh. tereb. superbibendo aq. lac et mel.

Vesperis: urina aliquid sanguinolenti habebat. Dedi eadem.

Dec. 30. Nox bona, vrina sana, stranguria leuis, per-  
 rexi. Vesperis; stranguria valida erat, et vrina satis san-  
 guinolenta. Dedi decoct. emoll.

31. Nox commoda fuit, modice stranguria. Dedi  
 eadem.

Ian. 3. Omnia hactenus eadem; menses fluunt parum:

4. Pergunt fluere, quinta cessant fere, manet stran-  
 guria.

9. Hucusque stranguria mansit, hodie vesperi valida  
 admodum; cum pilis quasi vrinae innatantibus. Dedi  
 hucusque infus. sem. foenicul. carui, dauc. cretici, pillul.  
 ex rheo, croco, succo glycyrrh. tereb. tentaueram bis  
 gutt. xx. arom. Paracels.

10. Nox modica, febris nulla, stranguria minor.  
 Dedi eadem.

11. Nox bona. Dedi infus. rad. helen. angelic.  
 galangae, sem. bard.

12. Modice se habet, stranguria adest. Dedi pill.  
 ex croco, rheo, succ. glycyrrh. balsam. Meccae.

13. 5 altum deposuit. Dedi eadem, minuendo  
 copiam rhei.

14. 15. Omnia eodem modo se habent. Dedi  
 similia.

Febr. 4. Omnia hucusque eadem, stranguria adhuc  
 molestior est, et vix insidere potest partibus. Dedi in-  
 fus. sem. diur. omni modo variatum.

10. Aliquid sabuli quasi in vrina video, et sensit  
 post magnum dolorem, heri vesperi locum calculi im-  
 mutatum.

Febr. 11. In vrina sabuli nephritici bonam copiam notavi, dolor mutato situ corporis satis acutus.

Mart. 1. Incepit dolor ille, qui ad latus pubis sinistrum circa illum locum, ubi vrethra vesicam intrat, diu haesit, minui, hinc credidi in vesicam delapsum fuisse.

4. Incipit dolorem sentire in maxillae illa parte, ubi antrum Higmorianum dextrum est, et aliquid sanguinolenti, ichorosi, per narem dextrum emungere, oculus eiusdem lateris dolet; et dens primus molaris superior eiusdem lateris.

5. Spissior et melior materia prodit, leuamen doloris oculi a flor. zinci cum aq. dilutis et a cucurbita nuchae applicata.

### *Febris.*

Nou. 13. Annorum 5 circiter vegetus puer subito incepit febre valida laborare hodie mane, dedi nitro-rob samb. aq. fl. samb.

14. Nox modica, febris adhuc durat satis intensa. Dedi emuls. nitrosolum circa meridiem, magna febris erat, vesperi parum minor. Cl. B. casu adfuit, epispastica iussit et credidit cras leue purgans profuturum.

15. Nox modica fuit. Dedi purgans ex rheo, scamon. etc. incepit multum tussire circa meridiem, inde bis aluum deposuit, vesperi apyrexia.

16. Nox satis pacata, febris nulla, circa vesperam incepit febricitare, vrina alba, lactea quasi crusta.

17. Nox modica, apyrexia; aluus cum stricta esset dedi gr. 5 scamon. semel aluum deposuit nigram, oli-

dissi-

dissimam, manducauit ius carniū, actiones vitales bonae. Dedi emuls. diacod.

Nou. 18. Bene dormiuit, tussit saepe. Dedi gratum emuls. sine diacod. febris nulla.

19. Vrīna vt ante, bene se habet in omnibus, tussit adhuc. Dedi similia.

20. Aluns stricta, tussis molesta. Dedi mannae dr. vj. et vesperi diacodiatum.

21. Bene se habet, tussis sola molesta. Dedi pectoralem misturam.

*Dolores rheumatici subito lethales.*

1738. Ian. 21. Annorum 20 debilis fabricae hysterica praeterita septimana passa fuit menstrua parca copia; postea 18 dolores lumborum validos per abdomen se dispergentes passa fuit; nunc per totum corpus dispersos, imprimis ex sinistra parte abdominis oriundos per humeros et cernicem se dispergentes sic, vt corpus mouere prae dolore non possit, febris nulla, vrīna subsedit lateritio sedimento, hodie mane ob acerbitatem doloris me nondum vocato, vena ipsi secta fuit, sanguis non erat phlogisticus. Dedi decoct. bardan. ʒ rad. cum vnc. ij. syr. diacodii et nitro.

Periit sequenti die mane hora 7, circa vndecimam, vesperi abdomen inflabatur, delirabat leuiter tunc.

*Linguae mirum vulnus.*

Mart. 5. Annorum 20 circiter iuuenis, bonae temperiei, fistula tabacana casu vi intra os adacta, linguam laeserat

laeserat in dorso; chirurgus nescio quid, forte acrius, applicuerat cum penicillo, vocatus hodie inueni linguam tumentem, dolentissimam, deglutionem impossibilem, dolebant et fauces, aderat febris; iussi V. S. clystima purgans antiphlogisticum iniici, et ore contineri decoct. fl. alth. malu. verbasci cum ruta et pauculo ammon., balnea pedum., loqui vix poterat, vesperi, cum nondum in melius mutata essent, iussi cataplasmate emolliente collum vndique circumuolui.

Mart. 6. Nox modica, febris mitior, dolor minor, lingua parum detumuit; perrexi.

7. Nox satis commoda, lingua sicca dolet ad latus dextrum, tumet in medio, iam plus dolet, territus fuit hac nocte, deglutitio molesta. Dedi infus. fl. samb. rhoeados, malu. semperuiu. maior. cum rob samb.

Vesperi lingua sicca, tensio molestissima, deglutitio impossibilis; perrexi in iisdem.

8. Hac nocte sensit aliquid eripuisse cum magno leuamine doloris etc. deglutit melius, febris minor, post meridiem deglutitio parum difficilior, perrexi; febris, leuis continua.

9. Heri satis moleste se habuit, deglutitio difficilis valde. Dedi similia, vesperi incepit a linguae dorso secedere crassa pellicula, et humectatur magis, dolor minuitur, febris vt heri, lingua multum detumuit.

10. Pergit magis versus posteriora secedere illa pellicula, febris minor, dolor minor, perrexi in similibus.

11. Omnia sensum in melius pergunt.

Mat. 12. Omnia satis bona, sed in maxilla superiori ab utraque parte in palato circa vltimum dentem molarem video maculam albam. Dedi similia.

13. Video totum palatum osseum, fornicatum, album, secedente externae membranulae quasi parte, reliqua omnia meliora, febris abest, perrexi.

14. Omnia vt ante, perrexi.

15. Secedunt a palato haec alba, premens leuiter linguam, video album bonum pus ex medio exire, leuamen omnium, lingua humida, mollis, palatum pendulum, hinc inde puncta albicantia instar apicis aciculae habet, perrexi.

16. Omnia vt heri, aluus per quatuor dies stricta. Dedi pulp. cassiae cum manna.

17. Aluum semel deposuit, omnia meliora sensim, perrexi.

18. Omnia meliora, sed prope lineam mediam in dextra parte in media longitudine linguae per secedentem crustam flauam video eminere papillam viuam, rubram. Dedi sp. matrical. dr. vj. mel. rosar. unc. j. croci gr. x. aq. samb. ℞ β.

19. Vt heri, tangendo linguam percepi circa illam papillam duritiem, est ille locus vbi aeger dicit vulnus fuisse.

21. Papilla illa manet, crusta adhuc flauescens, fusca, densa satis in vicinia, cum iam linguam possit eleuare, tangendo sub lingua etiam illam duritiem potui percipere, papillam iussi tangi melle rosarum cum

pauco



pauco croco, et omni bihorio os collui inf. fl. sambuc. cum ruta, oxymel. simplicii, sp. matricar.

Mart. 22. Lingua humidior, crassa minor, perrexi.

23. Vt heri fere, sed hac nocte dolorem in lingua sensit, premendo linguam per illam papulam aliquid puris exit; perrexi.

Apr. 15. Vidi ex itinere reducem satis bene se habentem: sed pergebat illa papula pus bonum fundere, copia tamen minori, ut dicit.

Mai. 2. Papula illa se subduxit penitus, omnia sunt bona et sana, ut mihi videntur. Postea occurrens aegro rogavi, quomodo se haberet et inueni aliquam duritiem, ibi adhuc relictam.

1739. Febr. 10. Incepit iterum tumere, dolere lingua, dedi mollissima decocta ore continuanda, cataplasma emolliens applicui collo, balnea pedum. Dedi purgans, et 15 Febr. pus exiit bonum cum leuamine summo, durities multum minuta erat.

Iun. 30. Heri sensit aliquid durj ad latus linguae in parte anteriori, tangens eduxit fistulae tabacariae apicem longitudine  $2\frac{1}{4}$  pollicum, hinc ultra 15 menses hic haeserat sine multa molestia.

### *Cholera et dysenteria.*

Mai. 2. Annorum 42 cephalaea inveterata laborans, iam per 4 septimanas continuo menses passa, hodie sine febris tormiua valida, vomitus, et 20 aluum deposuit cum summo dolore. Dedi ipecacuanh. et 2 horis post opiatum.

Mai. 3. 4 inde vomuit, postea bene se habuit, tormina et alui fluxus cessant, sed vomiturit, caput dolet, febris nulla. Dedi sp. sulph. diamor. diacod. aq. meliss

4. Febris nulla, vomuit heri tota die, non dormiuit, caput dolet, sitit, vrina sedimentosa, turbida superioris. Dedi gr. ij. laud aq. menth. sp. menth. syr. menth. sp. sulphuris.

5. Heri post meridiem vomitus cessauit, et dolor capitis, reliqua omnia bona sunt, nisi quod iterum mensibus diffluat. Dedi condit. ex catechu, lap. haemat. cinnamomi, cort. Peruu.

*Dolor capitis intensus cum febre leui.*

Iul. 10. Annorum 18 iuuenis nocte inter 5 et 6 Iul. sub dio dormiuerat, die 6. vesperi doluit caput, faber lignarius est, sequenti die et octaua etiam operatus, sed tunc decubuit, inueni hodie post meridiem febrim non adeo intensam, iacebat hebes, mens constabat, dolor capitis immanis, facies satis rubra. Stillae sanguinis de naribus, iussi V. S. et dedi nitr. rob sambuc. aq. sambuc.

11. Leuamen a V. S. sanguis non phlogisticus, caput minus dolet, lingua sicca, aspera, febris leuis, minus hebes est, iussi balnea pedum, decoct. tamarind. gram. bard. nitr.

12. Febris vix vlla, nox insomnis fere, dolor capitis molestissimus, lingua sicca, mens constat, vrina parum coloratior sana, semel aluum deposuit, dolor lumborum, hebes iacet. Dedi similia.

Iul. 13. Dolet circa hypogastrium, credens, se magnam araneam videre, territus est, calor fatis magnus, respiratio densa, quasi cum molimine, lingua in medio nigra; aluum heri ter deposuit. Dedi nitr. rob sambuc. sp. sulph. aq. samb.

14. Febris leuis, delirauit hac nocte, calor magnus, dolor capitis intensus, dolor lumborum et totius corporis adest, lingua sicca, vrina vt heri, aluum heri bis deposuit, hebes est, difficulter corpus mouet. Dedi decoct. auen. gram. bard. scorzon. cum nitr. rob samb. ribes.

15. Delirauit de nocte: vrinam clam dimisit, medicamen non assumsit, febris vix vlla, hebes iacet, balnea pedum, epispastica, situm erectum, medicam. eadem iussi.

16. Delirauit de nocte, linguam exserere nequit, febris vix vlla, clam vrinam demisit, aluum nigram, solidam deposuit, hebes iacet, nil assumit, iussi clystima, et reliqua vt ante.

17. Post clystima aluum deposuit bis, delirauit, hebes iacet, tetanodes quasi, inflexilis toto corpore, febris maior, subsultus tendinum, aphonus iacet, nil assumit.

18. Hac nocte aquam puram cum rob ribes. potavit bona copia. Hodie mane loquela rediit sed delirat, omnes muscoli subsiliunt, pulsus celerior, debilior, periit post meridiem.

### *Pleuritis et apthae.*

Iul. 8. Annorum 50 virgo parum macilentior die 6 Iul. mane in humero sinistro validum dolorem sensit,

arthritidi et rheumatifino se subiectam dicit, postea dolor ille latus sinistrum occupauit, respirationem impediens, febris continua, fatis fortis, cum pulsu non ita pleno, vrina flammea, subturbidula, hodie mane sp. anisi fumfit. Iussi V. S. fomentum aq. lactis et saponis lateri iussi applicari. Dedi nitr. rob samb. aq. samb.

Iul.  $\frac{9}{4}$ . Sanguis phlogisticus cum paucis sero, doloris leuamen, respiratio tamen impedita, et tensionem sentit circa collum, phantasmata vidit, lingua humida, vrina flammea cum nubecula, maior garrulitas solito, bis aluum nigram, olidam, deposuit. Dedi decoct. bard. gram. scorzon. auenae cum nitr. rob samb. syr. diacod.

Vesperis iuueni respirationem impeditam, febrim intensam, calorem fortem, ad extrema vsque, iussi V. S. et perrexi.

$\frac{10}{5}$ . Tota nocte garruiuit, delirauit, crassa phlogistica in sanguine, plus tamen feri, quam in praecedente sanguinis missione, febris valida, calor adhuc magnus, lingua humidior, vrina adhuc minus flammea, iussi balnea pedum, et dedi decoct. auen. cum nitr. syr. diacod. rob sambuc.

Vesperis cutis humida, vaporosa, lingua et fauces humidiores, aluum saepe deposuit olidam, nigram, tenuem, febris intensa cum calore ad extrema vsque, respiratio melior, minus delirauit. Dedi haustum ex dr. vj. diacod. nitr. aq. rhoeados.

$\frac{11}{8}$ . Nox modica fuit, tamen inquieta, respiratio difficilis, febris continua, dicit se dolere circa vtramque axillam et brachium, sputa quaedam incipiunt prodire  
fed

sed pauca, cruda, vrina tenuis, flammea, nubeculam versus fundum habet, aluum non deposuit, lingua fordida. Dedi decoct. eryng. bard. scorzon. cum nitro, melle, syr. alth.

Vesperi vrina minus flammea cum iube crassa inflata, febris acuta, fortis, continua, respiratio adhuc impedita, lingua modice humida, aluum nigram deposuit instar paltis, vtrumque pectus dolet, sputa prodeunt, sed nondum cocta. Dedi idem decoct. et linctum ex ol. amygd. vitell. oui, syr. alth. erecta sedet iu lecto, facies non ita sui similis.

Iul.  $\frac{12}{7}$ . Nox insomnis cum leui delirio, vrina vt heri, febris parum minor, sputa plura, parum flauescencia, et magis cocta, lingua humidior, totus truncus corporis dolet. Dedi emulsium et eundem linctum.

Brachium dextrum dolet, aphthae incipiunt prodire, febris fortis, continua, sputa et vrina vt ante, maior debilitas in motu corporis, aluum bis deposuit nigram, olidam, tenuem.

$\frac{13}{8}$ . Febris intensa, nox incommoda sed somnolenta, aphthae densae, flauescences, vrina vt ante, dolor brachium dextrum occupat, semel aluum deposuit hac nocte, decubitus supinus, hebes iacet. Dedi decoct. alth. flor. alth. rad. gram. syr. alth. cum nitr. pauxill. os collui iussi succo rapar. cum melle.

Vesperi aphonos iacet, hebes, intelligit tamen, non sumsit fere medicamenta, adstantes non fecerunt officium, febris intensa, iussi eadem.

Iul.  $\frac{14}{9}$ . Nox incommoda, loquela rediit, aphthae in lingua densae, flavescentes, febris intensa, actiones vitales bonae, lingua humida; iussi os colluendum omni  $\frac{1}{4}$  horae succo raparum cum melle, et dedi eadem.

Vesperi febris fortis, actiones vitales bonae, lingua humidior, dolor brachii abest, crura dolent, parum alvum deposuit, loquitur. Dedi emulsum cum melle.

$\frac{15}{10}$ . Nox incommoda, febris intensa, aphthae densae, magis fuscae, decubitus supinus pedibus denudatis; perrexi.

Vesperi, pulsus debilis, aphonos, respiratio brevis, stertorosa, nil potest deglutire; periit hora 9 vesperi.

### *Pleuritis.*

Inl. 25. Annorum 33 plurium liberorum mater, nephritica, macilenta, iam per 2 menses iterum grauidata, per 8 dies tussit, heri vesperi incepit febricitare, dolorem lateris dextri, respirationem impeditam pati, dum dormiuit videt phantasmata, febris satis valida, lingua humida, sputa prodeunt, sed cruda, aliquid subrubelli habentia, sed valde leuiter, vrina coloratior sana, cum nubecula in fundo. Iussi V. S. fomentum ex aq. lacte, sapon. nitr. rob sambuc. aq. sambuc.

26. Nox insomnis, sanguis crustam phlogisticam et serum copiosum habet, dum erecta sedet plus dolet. A V. S. non fuit leuata, dolor postea multum fuit auctus, nunc minor, febris intensa, respiratio parum melior. Dedi decoct. bard. gram. alth. cum syr. althaeae, nitr. diacod. sputa prodeunt, aliquid subfusci habentia, ante V. S. heri aluum tenuem, nigram deposuit.

Vesperi

Vesperī sputa satis copiosa, sed eadem, febris vt ante, lingua humida, vrina vt ante.

Iul. 27. Dolor parum minor, nox fuit modica, dormiuit parum, respiratio adhuc impedita, febris aucta, continua, sputa vt ante, lingua modice humida, vrina minus colorata parum. Dedi linctum ex ol. amygd. cum vitello oui, melle, et decoct. emolliens cum glycyrr. nitr.

Dum se erigit, minus dolet, quam ante, sputa vt ante, lingua, fauces humidae, febris parum minor, vrina minus colorata, aliquid crassi, flocculenti, in fundo habet, aluum non deposuit, medicamenta neglexit, magnam tamen copiam hydrogalae potauit, dolor idem fere. Dedi gratum emulsum diacod.

28. Per bihorium dormiuit, phantasmata vidit, vrina eadem, febris vt heri, vesperī satis modica, sputa magis incipiunt flauescere, dolet caput. Dedi residuum decoct. hesterni et mixt. cum syr. alth. rhocados, aq. samb. balnea pedum.

Circa meridiem incepit parum peius se habere, sputa adhuc tenuia: pituitosa, vrina crassiorem nubeculam habet, aluus stricta, dolor lateris non auctus, respiratio parum melior, dolor capitis, iussi clystina, epispastica, diacod. leu.

29. Clystina multas feces olidissimas eduxit, febris intensa, nox incommoda, dolor capitis prius leuatus augetur iterum, sputa vt ante, vrina vt ante, febris fortior, respiratio parum magis impedita. Dedi decoct. bardanae, scorzon. cum melle, syr. alth. et nitr.

Vesperis sexies aluum deposuit satis copiosam, olidam, tenuem, febris vt ante, dolor minor, respiratio melior, sed incipit delirare, tormina in abdomine sentit. Dedi emulsum nitrosum, leuiter diacodiatum.

Iul. 30. Aluum ter deposuit, delirauit valde hac nocte, febris valida, respiratio melior, nullum dolorem dicit adesse, balnea, epispastica, emulsum, vrina siccata paucum plus quam sana cum diuulso quodam circa fundum sed exiguo.

Vesperis delirat valde, familiares tamen noscit, facies collapsa, febris vt mane, respiratio satis bona. Dedi similia et epispastica fortia, aluum et urinam inscia demisit.

31. Nox turbulenta, delirauit ferociter, dicunt conuulsam fuisse, aluus pergit fluere, pulsus adhuc celer, febrilis, debiliior tamen: nil assumit.

Vesperis febris minor, respiratio bona, aluus pergit affatim fluere siccata, olida: solum potum mol assumit, pulsus bonus. Dedi emulsum auenaceum nitrosum.

Aug. 1. Melius se habet, febris modica admodum, leuissimus stertor in pulmone, respiratio bona, nox satis fuerat incommoda adhuc, minus delirat, aluus pergit fluere.

Vesperis actiones vitales constant satis bene, mens constat. Dedi decoct. auenae, rob ribes. syr. citr. nitr. aq. meliss. omni trihorio ius carniuum cum oryza.

2. Nox incommoda fuit, non dormiuit, tussiuuit, sputa salsa, aluus perrexit fluere, mens satis constat, tamen hinc inde vacillat; respiratio satis bona, febris aliqua.

Vesperis



Vesperī mens constat, tussis molesta, vigiliae, febricula parum auctior, alius pergit fluere. Dedi emuls. diacod. cum nitr. pauculo.

3. Vrīna fere colorata vt sana: aliquid subturbiduli habet, febris vix vlla, nox satis commoda, sed e somno euigilans torporem quendam sensit, lingua humida, tussis adhuc irritans molesta fuit, aliquid sanguinolenti de vtero incipit prodire: lingua et gingivae dolent parum, alium non deposuit. Dedi residuum emuls. et linctum ex ol. amygd. vitell. oui, syr. alth.

Vesperī 5 alium viridem deposuit magis consistentem, foetidam, tussis molesta fuit, sitis magna, febris parum maior, mens constat. Dedi syr. diacod. alth. aq. fl. rhoeados.

4. Nox infomnis, molesta, febris minor, quam heri; vesperī vrīna sanae similis, lingua humida, tussis molesta. Dedi decoct. gram. bard. scorz. alth. semel alium copiosam, olidissimam, tenuem, deposuit cum leuamine.

Vesperī febris auctior, alium 5 viridem, olidissimam cum torminibus deposuit: debilem se sentit, sitis magna. Dedi mixt. ex sp. nitr. diamor. Nicol. diacod. aq. meliss. superbibendo decoct. panis cum succo citri, cinnamomo, vino rhenano.

5. Nox modica, bis alium fuscum, olidam; deposuit. Febris minor, respiratio bona, lingua humida, vrīna sana sedimenti diuulsi quid mucosi (forte a renibus habet) sitis magna. Dedi eadem.

Vesperī aluum adhuc bis deposuit magis consistentem, minus fuscā, olidā: febris minor, sitis adhuc magna.

Aug. 6. Aluum semel deposuit figuratam, nox modica, febris nulla, fere pulsus bonus, aequalis, debilitatem sentit, aliquid de vtero prodit sanguinolenti: vrina vt ante, dolor lumborum et tormina quaedam. Dedi aq. citri, aurant. meliss. cinam. rob. ribes. syr. citr. sp. nitr. dulcem superbibendo idem decoctum panis.

Vesperī ter aluum deposuit magis figuratam, febris maior, tussis molesta, sputa quaedam, cum torminibus aluum deposuit, aliquid de vtero stillat. Dedi diacod. cum pauxillo nitr. aq. fl. rhoeados.

7. Ad mediam noctem vsque tussis, postea cessauit, et parum dormiuit, febris fere nulla, tussis adhuc, eadem vrina, aluum non deposuit. Dedi decoct. 5 rad. cum syr. 5 rad.

Vesperī febris longe minor quam heri vesperi: tussis minor, nutrimenta assumit ex iusculis carniū cum oryza et decocto panis: et fert comode, respiratio bona, debilem se sentit, aluum semel deposuit. Dedi omni  $\frac{1}{2}$  hora vnc.  $\beta$ . sequentis.  $\mathcal{R}$ . diacod. dr. vj. aq. meliss. vnc. iij. tinct. succ. dr. j.

8. Nox insomnis, incommoda fuit, medicamentum non assumsit, 4 aluum deposuit, debilitas in motu corporis, tussis, pulsus aequalis, non multum febrilis, dicit pedes frigere aliquantum. Dedi decoct. lauen. cum cinnam. syr. citr. vino rhenano.

Vesperī aluum saepe deposuit, primo nigram, postea magis flauam, parum magis consistentem,OLIDAM semper; tussis molesta, sputa falsa, tormina ventris molesta, febris modica, lingua humida, assumit nutrimenta et fert. Dedi 20 guttas laud. liquid. et diacod. vnc. ℥. forma haustus.

Aug. 9. Nox comoda, tussis hodie mane molesta fuit, aluum semel pultaceam, fuscā,OLIDAM, deposuit, febris nulla, debilitas, aliquid sanguinis grumosi de vtero in vrina haeret. Dedi purgans ex rheo gr. xvij. scamon. gr. iv. slib diaph. saccharo.

Bis magna copia aluum deposuitOLIDAM, fuscā; febris nulla fere, sputa falsa, respiratio tamen videtur satis bona, vrina diuisi quid habet in flocculos tenaces magnos dispersum, superius boni coloris, lingua humida. Dedi gr. j. opii forma haustus.

10. Adhuc ter aluum deposuit, nox pacata, febris nulla, respiratio bona, lingua humida, tussis sola molesta, et sputa falsa, pituitosa, non multum appetit. Dedi syr. alth. diacod. aq. rhoead. aliquid de vtero fluit sanguinolenti.

Vesperī 3 aluum parca copia deposuit, non itaOLIDAM, leuis febricula, ab assumtis parumangebatur, tussicula, lingua humida. Dedi gr. j. opii forma haustus.

11. Heri vesperī de vtero incipit plus sanguinis fluere cum summo sensu leuaminis, tunc postea dicit se sputa quaedam spissiora cum leuamine excreuisse, nox satis bona fuit, respiratio et pulsus satis bona, vrina pa-  
tum

rum coloratior sana, tussicula sed leuis, aluum semel parum deposuit. Dedi syr. alth. rhoead. aq. fl. tiliae.

Leuis febricula, fuit adhuc de vtero, bis aluum figuratam deposuit, tussis molesta fuit, sputa falsa, aliquid comedit. Dedi haustum leuiter diacod.

Aug. 12. Heri post meridiem post leuem somnum sudor calidus, vaporosus, per totum corpus, nox modica, tussis, bini paroxysmi molesti fuerunt, vrina vt ante, apyrexia, lingua nitida, aluum non deposuit, appetitus augetur, sputa sunt tantum pituitosa. Dedi syr. alth. mel, aq. foenic.

Vespero, appetitus exiguus, dormiuit post meridiem, dein sudauit fortiter, vrinam copiosam minus coloratam deposuit, parum de vtero fuit, febris nulla, aluum non deposuit, sola tussis molesta per interualla. Dedi haustum diacod.

13. Nox modica fuit, non multum dormiuit tamen, hodie mane hora sexta tussiuuit valide, aluum non deposuit, vrina vt ante, febris nulla, appetitus languet. Dedi infus. fl. alth. malu. cum lacte, melle.

Vespero modice se habebat in omnibus, minus tussiuuit, aluus stricta.

14. Vrina vt ante, tussis molesta fuit hac nocte, sputa tamen nil purulenti habent, hac nocte aluum duram semel deposuit, febris nulla. Dedi eadem et diacodiatum, pruritus per totum corpus, imprimis in pedibus.

Febris nulla, vrina vt ante, tussis molestissima, sicca, sine sputis, appetitus fuit modicus. Dedi gr. j. opii forma haustus.

Aug. 15. Nox commoda fuit, febris nulla heri, menses plus fluxerunt, et aliqua tormina habuit, vrina aliquid sedimenti habet, febris nulla, reliqua satis bona. Dedi decoct. malu. alth. verbasco. cum melle, sputa non educit.

Lingua humida, vrina sedimentum diuulsum habet paucum, tussis molesta est, irritans aliquid tenacis pituitae exprimens, febris nulla. Dedi ol. amygd. vitell. ou. syr. alth.

16. Nox modica, minor tussis, medicamenta fastidit, grumi prodierunt de vtero, et leue animi deliquium erat, iussi bonum victum ex iure carniū, aluus stricta.

17. Tussis adhuc molesta, reliqua satis bona, nil prodit de vtero, aluum durum deposuit cum leuamiae, nil dedi.

18. Heri aluum deposuit figuratam, hodie mane aluo deposuit pituitosa tenuia, febris nulla, tussis molesta durat, sudat a tussi, vrina diuulsum inaequale sedimentum habet et paucum. Dedi pill. ex sarcocolla, olib. succo glycyrrh. tereb. cum aq. lacte, melle.

19. Heri de vtero alba fluxere subito cum sensu debilitatis, tussis molesta hodie, 3 vel 4 sputa purulenta crassa eduxit, reliqua vt ante. Perrexi.

20. Quaedam magis rubra de vtero fluxerunt, reliqua eadem, perrexi.

21. Tussis minor, aliquid de vtero fluxit, reliqua vt ante, sputa vix vlla. Perrexi superbibendo pillulis infus. saluiae cum melle, aq. lacte.

Aug. 22. Bis aluo tenuia hodie mane deposuit, in urina colorata instar sanæ subsident crassæ stœcculentæ lamellæ, concusso vitro in fragmenta magna diuisæ, non diluendæ æquabiliter, tussis parum minor, reliqua vt ante, vires sensim augentur, perrexi.

25. Vires insurgunt, aliquid fluit de vtero sanguinei, tussis molesta, sed parum mitior. Iussi pergere.

28. Omnia sensim meliora, iussi pergere.

Sept. 1. Satis bene habet, iussi pergendum.

12. Subito cum dolore incepit fluere de vtero, iussi quietem.

13. Foetum trimestrem, vel paulo forte maiorem cum secundinis, ouum nempe integrum, excussit sine multo dolore, tensionem et tumorem in sinistro hypogastrio senserat ante, illa iam omnia euauerant.

18. Subito omnis fluxus cessauit, iterum tumuit, et doluit hypochondrium sinistrum, tormina. Dedi diluentia et applicui fomenta, iussi pediluua.

19. 20. Omnia frustra, dolor manet: hinc dedi leuia purgantia ob aluum strictam.

22. Parum leuaminis. Dedi opiata.

23. Incepit dolor nephriticus in latere dextro oriri. Dedi pill. ex rheo, croco, succo glycyrrh. terebinth.

Oct. 2. Sic sensim leuantur omnia sine vlla tamen euacuacione per vterum, vt credideram debere fieri.

*Febris continua biliosa.*

Sept. 11. Annorum 34 boni fatis habitus, parum laxior; ante 3 septimanas tertiana laborauerat, inde purgante

gante et mixt. ex rob samb. sale polychr. aq. meliss. feliciter sanatus, per aliquot dies caput vertiginosum sensit, die 9 incepit aegrotare, dicunt delirasse parum, nunc inveni febrim continuam, dolorem capitis et lumborum, urinam flammineam cum nubecula, lingua plumbea, hinc inde albam crustam habet, aluum duram bis deposuit, huius morbi tempore sitis satis magna. Dedi rob samb. ribes. nitr. aq. samb.

Sept. 12. Dum assumfit medicamentum, post horam semper euomuit vna cum bile multa, postea aluum saepe deposuit tenuem,OLIDAM, lingua vt heri, sed parum humidior, dolor capitis, febris continua, sitis magna. Dedi aq. cinnamom. rob ribes. diamor. spir. nitr. dulc. aq. meliss.

13. Vomuit heri tota die, nox fuit molestissima, et aluum tota nocte frequentissime deposuit flauam, tenuem,OLIDISSIMAM cum siti immani. Febris continua, lingua rubra, sicca, sitis, magna debilitas, dolor artuum et totius corporis, imprimis crurum. Dedi mixt. ex sp. nitr. dulc. vnc.  $\beta$ . tinct. cinnamomi vnc. ij. aq. citr. vnc. vij. syr. diacod. vnc. ij. superbibendo gratum emuls.

14. Aluum non deposuit, omnia meliora, pulsus debilis. Perrexi.

15. Aluum non deposuit, urina sana, omnia meliora, pulsus bonus, respiratio bona, appetitus insurgit. Dedi mixt. cum vnc. j. tinct. contraieru. aq. citr. syr. citr.

17. Languet parum, reliqua satis bona. Dedi eadem.

Sept. 19. Melius se habet, perrexi.

21. Omnia meliora. Dedi vinum absinthites, reliqui.

*Conuulsio.*

Octobr. 24. Puer nouem annorum vegetus, die 22 aegrotauerat, feбри laborans vt dicunt; die 23 bene se habuerat, hodie mane de magno dolore capitis conquestus fuit, postea conuulsus; hora 2 inueni conuulsus, liuidum in facie cum pulsu pleno febrili; iussi illico V. S. et clystina acra imponi, pars sinistra corporis maxime conuellebatur. Post V. S. haec quieuit, et pars dextra magis mota fuit.

Vesperis inueni adhuc sine sensu conuulsus, applicui epispastica acra; et dedi gr. x. scammonci cum syr. rhei.

25. Iacet adhuc hebes et conuulsus, non purgatus fuit, iussi clystina ex vnc.  $\beta$ . hellebor. nigri, et scr. j colocynth. hoc per  $\frac{3}{4}$  horae retinuit; dein immani copia fecum lectum conspurcauit, vtunque ad se rediit, cognoscens adstantes, febris minor, potum sumsit; iussi vesperi decoct. agaric. fennae etc. sumere.

26. Noluit sumere, inueni adhuc hebetem, tamen patri clamanti respondebat, dextra pars corporis mouetur, sinistra paralytica est, febris adest, vrina crassa, sedimentosa, flauescens. Dedi rob ribes. samb. nitr. dexter oculus caecus, et auris dextra surda.



Oct. 27. Minus hebes videtur, apyrexia, iussi pergere, reliqua eadem; et dedi purgans ex scammono.

28. Heri vesperi paralyticum latus dicitur conuulsum fuisse, videtur plus intelligere, febricitat iam paroxysmo tertiano, aliquoties aluum deposuit.

29. Dicunt illum heri ingruente febre in parte dextra capitis pulsationes validas sensisse, saepies ante hunc morbum ex dextra aure aliquid suppurati effluxit, brachium sinistrum iam mouet parum, mente constat, utroque oculo non videtur iam bene videre, aliquoties heri aluum deposuit. Dedi syr. fennae, sal. polychr. aq. cichor.

30. Heri mouit brachium sinistrum, et dolores lancinantes per totam partem corporis sinistram sensit, oculo dextro videt, sinistro non; heri vesperi hora 10 febrisprehendit, hodie mane inueni adhuc febriem, mens constare videtur, fitis magna, aluum saepe deposuit. Dedi rob ribes, syr. citr. rub. idaei, nitr. aq. meliss.

31. Incipit et sinistro oculo videre, aluus pergīt esse laxa, mouet pedem sinistrum, vestigium motus incipientis in brachio sinistro, facies et imprimis angulus labiorum retrahitur ad partem dextram. Dedi similia.

Nou. 3. Brachium sinistrum non inouet, digiti tamen sponte quasi fortiter contrahuntur, et longe fortius, ut videtur, quam per solam contractionem flexorum debet fieri, nunc apyrexia; dum paroxysmus ingruit dolorem magnum capitis sentit. Dedi omni bihorio vne:

℞. seq. ℞. sp. croci dr. j. aq. rut. ℥. ℞. syr. artemis. et applicui vesicans nuchae.

Nou. 5. Omnia eadem, perrexi, frictiones iussi.

8. Omnia eadem. Dedi similia.

12. Febris tertiana pergit, brachium sinistrum leuare potest, incipit et digitos mouere, perrexi.

15. Motus pulchre redit per artus omnes affectos, sensim conualuit fere integre, nisi quod aliquantum minus expedite sinistrum brachium moueat.

---

 Constitutio anni 1738.

*Ianuarius.*

Aegrorum numerus modicus, maior, quam circa finem praeteriti mensis.

*Tertianae*, tres vidi mites, legitimas, cito sanatas in anu, et viro, et muliere adulta.

*Anginae leues*, catarrhofae, v habui curandos, tres adultas, vnum adultum.

*Arthritides, rheumatifini, podagra* hinc inde, 7 viros adultos, et inter illos duos podagricos, et 4 mulieres adultas.

*Peripneumonia notha*, 5 vetulas habui curandas, periit vna, alteri parotis suppurata fuit, curavi tres pueros, 3 annorum circa omnes.

*Pleuritis*, 7 habui pleuritides curandas, tres adultas, quatuor adultos; nullus periit.

*Erysipelas*, hinc inde, circa finem mensis.

*Parotides*, hinc inde.

*Februarius.*

Aegrorum numerus parvus.

*Anginae* hinc inde, quaedam catarrhofae, quaedam ulcuscula alba habebant dolentia, sp. falsi cum rob samb. facile curata.

*Ophthalmiae*, frequentes.

*Diarrhoea*, 3 viros adultos curavi.

*Pleuritides*, duas curavi.

*Arthritides*, rheumatifini hinc inde.

*Exanthemata*, an morbilli, vidi in binis viris adultis; vide diaria huius mensis.

*Erysipelas*, hinc inde, 3 curavi adultos, binos viros, vnam feminam.

*Acutae continuae*; tres curavi, duos viros adultos, vnam feminam, in initio mites, subita metastasi ad cerebrum fallebant. Perit vnus vir et femina, alter euasit post metastasin ad pectus, et aphthas habuit pro crisi.

*Tertianae* incipiunt praedominari, 12 curavi, vnam duplicatam in femina adulta, reliquae erant simplices, anticipabant omnes, 4 erant mares adulti, et 2 iuniores mares, sex feminae adultae.

#### *Martius.*

Aegrorum numerus modicus.

*Tertianae* praedominabantur reliquis, simplices fere omnes, anticipabant paroxyfimi, 10 feminas adultas curavi, et vnicam puellam iuniorem 8 annorum, 7 viros adultos, et vnicum puerum 5 annorum. Hinc in totum 19 curavi. Satis faciles erant, proderat cura saepe dicta, satis biliosae erant,

*Acutae continuas*, 4 habui curandas, binas mulieres, virum adultum, et puellum 4 annorum.

*Abscessus et exanthemata*, satis numerosi fuerunt, sed non omnes ideo consilium petunt, quibusdam sine febre, aliis febre praegressa erysipelatodes abscessus fiebat in ceruice, aliquando et vera phlegmone suppurata, aliis anthraces, aliis exanthemata, nunc morbillorum instar,

instar, nunc plorantia ichorosi quid, et crustas faciebant. Inter adultos plures habui feminas, quam viros, fere vt 5. ad 1. aliquot iuniores promiscue vtriusque sexus, et in pagis vicinis hoc grassabatur malum.

*Anginae* hinc inde.

*Bilis acrior* hinc inde choleras faciebat, sed sporadice, vt videtur.

*Arthritides*, et rheumatismi hinc inde. Sex habui curandos, 4 feminas adultas, binos viros.

*Catarrhi* hinc inde.

*Dysenteriae et diarrhoeae*, 5 mulieres, binos viros curavi.

*Pleuritides*, circa finem mensis audiui hinc inde esse satis acutas.

### *Aprilis.*

Aegrorum numerus vt praeterito mense.

*Tertianae* praedominabantur reliquis, vt praeterito mense, 16 feminas adultas curavi, 5 puellas iuniores, et inter illas iuniores 4 erant duplicatae, binae quotidianae, typum fere seruabant, 7 viros adultos, et 4 pueros, hinc in totum 32.

*Exanthemata*, 9 feminas adultas habui curandas, 4 viros adultos, binos pueros 3 circiter annorum, post lassitudinem spontaneam, in quibusdam circa praecordia aliquid molesti aderat, oriebatur febris, aliquando fitis modica, tunc facies, artus, truncus pustulis rubris obsidebantur, oculi lacrymantes, inflammati parum, plerumque intra triduum abibant omnia. Proderant de-

cocta diluentia; in quibusdam fauces et palatum obsidebantur iisdem. In vna femina diutius haerebant, et 8 die morbi datum purgans incredibilem copiam olidae, fuscae materiae eduxit cum leuamine omnium.

*Anginae* faciles, 4 mulieres adultas, 4 viros adultos, et puerum 12 annorum curavi.

*Arthritides et rheumatismi*, 3 feminas adultas, 4 viros adultos curavi.

*Peripneumonia notha* hinc inde.

*Pleuritides* rarae.

*Diarrhoea*, 8 adultos mulieres curavi, et binis cholera quasi adfuerat, binos viros.

*Erysipelas* quasi oriebatur, desinens in ulcerosam cutis faciei diathesin; qua exesa quasi cutis ploraret liquida, vidi in 3 feminis et puella 5 annorum.

*Paronychia* hinc inde.

*Acutae continuae*, cum aphthis 3 feminas, vna periit, altera ex hernia suffocata videtur periisse.

### *Maius.*

Aegrorum numerus parum auctus.

*Tertianae* praedominabantur, fere omnes simplices, duplicatae raro, satis biliosae erant, satis facile curabantur, in iunioribus haerebant diutius, 20 feminas adultas, et inter illas vnam duplicatam curavi; 7 puellas iuniores, inter illas vnam duplicatam; 15 viros adultos curavi, et 4 iuniores pueros. Hinc in totum 46.

*Exanthemata* vt praeterito mense, in vna femina, cuius casum in diariis habeo, urticarum puncturas referebant

rebant cum fumino pruritu, in aliis hoc non fiebat; sex curavi feminas adultas, binas puellas, binos viros adultos, puellam vnicam.

*Anginae*, oriebatur febris non adeo valida, quae paulo post V. S. post 10-12. vel et plures horas deposita ad fauces materia desinebat; leues erant, purgante anti-phlogistico, dein rob sambuc. cum nitro, aq. fl. samb. desinebant facile, nulli suppurabantur fauces, sed in loco dolente macula alba apparebat, cito suppurata; nec V. S. adhibui, nisi semel in vno robusto, lautius viuento, cui dolor intensus capitis aderat; 7 feminas adultas curavi, 5 viros adultos; balnea pedum proderant.

*Diarrhoeae* faciles, purgante dato, dein opiato sanabantur; 5 feminas adultas, puellam vnicam, duos viros adultos, puellum vnicum; quibusdam febris aderat, quibusdam non.

*Cholerae*, sex feminas adultas curavi, vnicæ, dum vomitus pergeret, vomitorium datum profuit.

*Peripneumoniae* hinc inde; 5 mulieres adultas curavi, vna periit, diu cacochymica iam; binas puellas, quarum vna 3 annorum, catarrho correpta credebatur, quae 5 die morbi fere iam suffocata, magna sputorum purulentorum copiâ procedente sanabatur.

*Pleuritides*, binas adultas mulieres curavi.

*Ophthalmiae* hinc inde.

*Acutae continuae*; hominem adultum curavi, vocatus 7 die morbi, periit die 9, curavi et binos pueros, et feminam 58 annorum, et iuuenem 28 annorum.

*Rheumatismi*, 4 viros adultos curavi, binas feminas adultas.

*Scabiosi* multi erant.

*Iunius.*

Aegrorum numerus vt praeterito mense.

*Tertianae* praedominabantur; 10 viros adultos curavi; vnus in initio habebat duplicatam, postea simplicem, anticipabant fere omnes, et quatuor curavi iuniores puellos, quorum vnus habebat duplicatam, 22 feminas adultas, 4 puellas iuniores, vna habebat duplicatam; hinc in totum 40 curavi. Satis erant biliosae.

*Diarrhoeae*, decem viros curavi, 9 adultos, iuniorum vnicum, 11 feminas adultas, iuniorum puellam vnica. In totum 22.

*Exanthemata*, tres curavi, binas feminas adultas, virum vnicum in initio mensis.

*Anginae* leues, vt praeterito mense, 4 feminas adultas curavi, binos viros.

*Arthritides* hinc inde, 4 viros adultos, binas feminas curavi.

*Pleuriticos* binos curavi.

*Febris continua*; binas puellas 14 annorum curavi.

*Quartanae* hinc inde, sed breues.

*Iulius.*

Aegrorum numerus parum minor.

*Tertianae* incipiunt minui, decem feminas adultas curavi, inter illas vna habebat febrem duplicatam, et 3 puellas



puellas iuniores, et puerum 10 annorum, qui duplicata laborabat tertiana, in totum 27.

Incipiunt degenerare, non anticipare paroxysmos, citius desinere.

*Diarrhoeae* hinc inde, aliquando cholerae in modum incipiebant; curavi duos viros adultos, tres mulieres adultas, quibusdam, sed rarius, oriebantur tormina satis valida, sine alui fluxu; cessabant purgante dato, dein opiato.

*Catarrhi* satis frequentes; 9 viros adultos, 4 pueros iuniores curavi, 5 feminas adultas, binas puellas, plures laborabant, qui medicum non vocabant; in plerisque tussis molestissima, brevis satis curabiles.

In iunioribus 3 puellis in peripneumoniae speciem degenerabant, evaserunt tamen.

*Arthritides et rheumatismi* videbantur esse satis frequentes 5 viros adultos curavi, in vno genu occupabat diu cum magno dolore, 7 feminas adultas, inter quas vna 22 annorum puella, veram phlegmonem suppuratam postea in genu habuit.

*Anginae* hinc inde; 4 habui adultos viros, feminam vnam, satis faciles erant, sp. sulph. nitr. rob samb. sine V. S. curabant.

*Cholerae* hinc inde.

*Acutae* continuae rarae; tres curavi.

*Pleuritides* binas curavi, feminam adultam, et puellam 16 annorum.

*Variolae* in pago Warmond grassabantur, in vrbe nullae.

*Augustus.*

*Augustus.*

Aegrorum numerus vt praeterito mense.

*Tertianae* minuuntur, citius desinunt, non durant diu; 14 adultos curavi, duos iuniores, inter adultos vnus habebat duplicatam, sex feminas adultas, et vnā puellam, in totum 20.

*Quotidianae* hinc inde, sed raras.

*Febres continuas*, cum diarrhoea putrida hinc inde, dato purgante semel vel bis, dein mixt. ex sp. nitr. dulc. tinct. cinnamomi, diamor. rob ribes. victu ex lacte ebutyrato, piris, pomis, sanabantur; in vetula 70 annorum aphthae oriebantur 6 die morbi, male morigera fuerat in medicamentis et victu; periit.

*Catarrhi* hinc inde, sed minuuntur.

*Arthritides et rheumatismi*, binos viros adultos curavi, et binas mulieres adultas.

*Diarrhoeae et dysenteriae* admodum raras.

*Cholerae* frequentiores sunt, facile compescebantur opio cum gratis acidis cardiacis, tres viros adultos curavi, virginem adultam, et puellam 2 annorum.

*Anginae* hinc inde, sed faciles.

*Morbilli* in pago Leydendorp grassabantur, et incipiunt hinc inde in vrbe apparere; genium morbi in diariis practicis vide; binas filiolas, binos pueros, et virginem 16 annorum curavi.

*Tusses* molestissimae (kinkhoeft) infantes occupabant.

*September.*

*September.*

Aegrorum numerus minor potius.

*Tertianae* ut praeterito mense, hinc inde quaedam duplicatae, curavi 18 mulieres adultas, et inter illas 5 habebant duplicatam, tertianam, et duas puellas; 5 homines adultos, in totum 25.

*Morbilli* incipiunt grassari. Curavi 10 puellas iuniores, duos pueros, non erant penitus regulares, incipiebant saepe 2 die apparere, fauces aliquando molestabant; in binis puellis sibi morbus in aphthas 6 die desit.

*Anginae* satis faciles cum febre oriebantur, in quibusdam iunioribus truncus postea obsidebatur latis, rubris maculis morbillosis; 5 adultas feminas curavi, in vna iustica suppurabantur, tres iuniores, in quibus illud morbillosum apparuit, tres adultos viros, in vna suppurabantur.

*Tussis* infantum hinc inde, sed rariores.

*Peripneumoniae nothae* hinc inde.

*Rheumatismi* hinc inde.

*Pleuritides* rarae.

*Quartanae* incipiunt.

*October.*

Aegrorum numerus auctior.

*Morbili* praedominantur, et passim vagantur per urbem, in multis catarrhus et coryza praecedebant, quibusdam 2 die prodiebant, quibusdam tertio et hoc plurimis, aliis quarto die, rarissime serius; tussis aderat sicca, fere toto morbi decursu, lingua sordida, alba fere semper,

per, semel in fine morbi vidi apthas. 6 die evanescebant fere semper, vel saltem incipiebant evanescere, non vidi in omnibus illas desquamationes, sed in paucis, diarrhoea circa ipsum eruptionis tempus non videbatur nocere, sed prodesse potius, victum tenuem, aq. et lac pro potu. vesperi diacod. emulsa leniter nitrosa, nitrum puluerisatum, stibium diaphoreticum non ablutum vidi profuisse.

Vnicam curavi adultam virginem, et fatis facile, reliqui erant iuniores, curavi 14 puellas iuniores omnes, duo perierunt, vna peripneumonica 10 die morbi, bini ex illis perierunt. In totum ergo curavi 34.

*Tertianae* adhuc durant, octo curavi viros adultos, omnes laborabant simplici tertiana, curabantur fatis cito methodo vsitata, vndecim feminas, inter illas vna puella erat iunior, duplicata laborans, et vna puerpera etiam habens duplicatam, hae binae diutius laborabant. In totum ergo 19.

*Anginae*, sex feminas adultas curavi, tres adultos viros, et binos pueros.

*Rheumatismi* hinc inde.

*Catarrhi*, circa finem mensis.

*November.*

Aegrorum numerus auclior.

*Morbilli* adhuc magis grassabantur, eodem fere modo, tres habui puellas, quibus ante aliquot septimanas credideram fuisse morbillos, sed reuera forte fuit febris erysipelatoza, similibus stipata symptomatibus, illis de no-

vo oriebantur morbili. 31. curavi masculos, inter illos vnum 16 alterum 15 alterum 21 annorum, 4 iuniores perierunt, bini peripneumonici, bini, in quibus vitales functiones, non bene prodeuntibus, vel disparentibus ante tempus morbillis suffocabantur, et 30 puellas, inter quas vna erat 16 annorum, cum in fine morbi angina cum tonsillis tumentibus. tres perierunt; in totum ergo 63.

In nobili comite 21 annorum sine multis symptomatibus prodibant fatis subito, dum praeterito die exiuerat; morbus erat facilis.

*Anginae* fatis frequentes, quibusdam cum tumore parotidum, tres sic curavi, binos viros, vnam feminam, vni viro delirium oriebatur, praeterea habui tres adultos, vni suppurabatur, tres adultas, et vnam puellam, vni ex adultis metastasis ad cerebrum fiebat, et incassum tentatis omnibus, peribat.

*Peripneumoniae nothae* hinc inde.

*Catarrhi* frequentes.

*Diarrhoeae* hinc inde.

*Quartanae* raras et faciles, minus videtur fauere his praesens constitutio, quod leuiores solito sint.

*December.*

Aegrorum numerus minuitur, imprimis circa finem mensis.

*Morbilli* adhuc grassantur, sed nunc adultiores inuadunt, curavi masculos iuniores sexdecim, tres ex illis perierunt, et quatuor iuuenes 20 annorum, 7 puellas iuniores, vna periit, et praeterea puellam 16 annorum. In totum ergo curavi 28.

Notan-

Notandum simul: grassari febrem erysipelatosam hinc inde, quae specie morbillorum fallebat, nec liberabat a morbillis.

*Anginae*, curavi 6 viros adultos, et 6 feminas adultas.

*Diarrhoeae*, septem curavi adultos viros, et 7 feminas, dato purgante, dein opio, postea roborantibus.

*Tertiana*, unicam curavi virginem 26 annorum.

*Pleuritides* rarae. Curavi filiam 14 annorum, et puerum 8 annorum.

### *Angina.*

Nov.  $\frac{26}{4}$ . Annorum 19 mobilissimâ in genere nervoso nocte inter 22 et 23 media corripiebatur angina; inveni mane 23 febriim fatis validam, tonsillas inflammatas, calorem magnum. Balnea pedum iussi, et dedi nitr. cum rob sambuc. Vesperî ingrauescente malo V. S. ad  $\frac{3}{4}$  viij. sequenti manè inveni sanguineam non phlogisticam, parum seri habentem; a V. S. leuamen, sed circa vesperam recrudit malum cum magna difficultate deglutiendi, calore magno, anxietate. Iussi iterum V. S. cataplasma auenac. collo applicui. Dedi similia; alius laxa est, saepius de die fluens olida, nox incommoda, nullum leuamen a V. S. deglutitio impossibilis, ob oesophagum, vti videtur, inflammatum, nam heri mane deglutiens, monstravit dolentem locum in collo vbi sistetur. Decoct. emoll. os et fauces soueri iussi: vesperî magna anxietas, deglutitio impossibilis, tonsillae inflammatae, tumentes, vbi vnam tangunt, albam habebant macu-

maculam. Iussi clyfina, epifpastica, balnea pedum, infuf. fl. samb. alth. malu. febris fatis magna.

Hodie mane dixit, hac nocte leuatam fuiſſe, deglutivifſe, iam iterum minus facile deglutire, truncus, brachia, pedes maculis rubris ſunt obſita, pulſus debilior, febrilis tamen, anxietas minor. Perrexi.

Veſperi: febris fortis, brachia plena exanthematis, et in dorſo dicunt adefſe; dicit ſe dolorem in hypochondrio ſiniſtro ſenſiſſe, nil deglutire. Nunc parum deglutire poteſt; iuſſi clyfina ex nitro, oxym. ſql. fyr. 5 rad. aq. fl. ſamb.

<sup>27</sup>. Nox valde incommoda, peſſime delirat, pulſus celer, debilis, nil deglutit, circa meridiem pulſus auctior, delirium; balnea ex aq. et lacte; clyfina ex iure carniſum omni trihorio, et epifpaſt. iuſſi.

Veſperi omnia eadem. Perrexi.

<sup>28</sup>. Deliravit ferociter uſque ad tertiam noctis, poſtea quietior, delirat tamen: hodie mane tendinum ſubſultus, tremor, pauores, loquentem intelligit, nil deglutire poteſt; epithema ex ſp. alexipharm. iuſſi applicari; pulſus celerrimus, debilis, calor magnus ad extrema uſque.

Hora 3 poſt meridiem omnia peiora, nullum novit, tetanodes fere iacet cum miro ſubſultu tendinum.

Periit media nocte ſequenti.

### *Paralyſis a contuſa medulla ſpinali.*

Dec. 5. Homo vegetus, ſanus 64 annorum hora 4 pomeridiana die quinta Decemb. ex alto delapſus eſt;

accessi illico, inueni leuem excoriationem in gena sinistra circa os maxillare, circa verticem leue vulnufculum in capite, sed artus inferiores paralyticos. Mox iussi V. S. ad 3 xij. vesperi bis adhuc accessi, et inueni pulsum valde debilem, manus frigidas, totum corpus, ab infimis costis vsque ad digitos pedum, sine sensu et motu. Nil ausus tentare. Dedi mixt. ex lap. prunell. rob. samb. aq. samb.

Dec. 6. Sequenti mane examinans spinam, dubitavi, an circa vltimas thoracis vertebrae non esset aliqua intropressio, arrepto capite, et circa os sacrum extenso aegro cucurbitam applicui validam, et retraxi subito. Hoc feci aliquoties. Pulsus iam erat melior, calor aequabilis per totum corpus ad extrema vsque, aluum nec vrinam deposuit. Dedi decoct. fenn. agaric. tamar. et vesperi, cum non deposuisset aluum, iussi forte clysmia applicari. Partes inferiores nullum omnino sensum et motum habebant, mens constat perfectissime.

7. Clysmia feces eduxit multas, pulsus bonus, vulnus in capite iam sanatum erat, non sentienti pedum plantas combusserant, cetera eadem.

8. Discissis vesicis in plantis pedum subiecta erant vena rubra, et maxima lymphae copia exiuerat, sed dum pedes deligabantur, aliquem subsultum tendinum vidi, sed sensum nullum. Dedi simile purgans. Toto hoc tempore inscius vrinam dimittit, sed magna copia simul, vt in sanitate collectam; hinc simpliciter non est paralyticus.



Dec. 9. Omnia eadem, murmura sensit in abdomine, aluum non deposuit, dicit pectus et frontem dolere, acidum eructat, febris nulla. Dedi pulu. ex lap. 69 et sperm. ceti, et vesperi, cum aluus stricta esset, clystma.

10. Inde purgatus fuit, nox modica, reliqua eadem, foment. ex ruta, maior. salu. croco, vino, spinæ dorsi applicui, omnia eadem, sed inuenerunt sponte fluxum articulum genu, in vno pede, vt videtur spontea vi flexorum.

11. Nox non ita commoda, febris nulla, tremores in brachiis habuit, dicit se aliquid obtusi doloris in crure sensisse, caput dolet. Dedi iisus. feruidum sassafras cum nitr. rob sambuc.

Non sumsit medicamentum; in dextro pede, vbi combustio facta fuerat, vidi locum gangraenosum, palmam manus aequantem.

12. Nox molesta, dicunt delirasse, interrogata bene respondet, in vtroque pede talis gangraena iam est, febris nulla, anxietas maior est, sensus et motus nullus in inferioribus. Periit placide hora 7 vespertina.

*Constitutio anni 1739.**Ianuarus.*

Aegri pauci admodum.

Vnicam vidi puellam morbillis laborantem, quae 14 diebus post morbillos periit.

*Tusses et catarrhi* hinc inde.

*Anginae* leues, 4 habui curandos, tres viros, vnam feminam.

*Cholerae* hinc inde, tres curavi, binas feminas, et vegetum 60 annorum senem.

*Tertianam* vnicam curavi in femina adulta, et vnicam quotidiana laborantem, adultam.

*Erysipelas*, binas feminas adultas curavi.

Omnia videbantur sporadica esse, nil regnare epidemici.

*Februarius.*

Aegrorum numerus circa medium mensis augetur.

*Anginae*, tredecim curavi, 8 feminas, inter illas binas puellas 14 annorum, binis suppurabatur angina, tonsillas occupans, tres viros adultos, quorum vni oesophagum occupabat, et suppurabatur, et binos pueros 6 annorum.

*Diarrhoeae* fatis putridae, 6 curavi adultas, et binos viros, purgans profuit.

*Tertianae*, 6 curavi, tres viros adultos, vnam feminam adultam, puerum et puellam, binis erant duplicatae.

*Quar-*

*Quartanae* hinc inde, sed leues, mense Ianuario ortae.

*Variolae*, tres habui, binos pueros, vnam puellam, in eadem familia, euaserunt omnes, et fatis imites videbantur.

*Erysipelae*, binas feminas curau.

*Rheumatismi* hinc inde.

*Synochi*, binos habui, iuuenem 25, et feminam 33 annorum.

*Catarphi et peripneumoniae nothae* hinc inde.

### Martius.

Numerus aegrorum minor, quam praeterito mense.

*Tertianae* incipiunt praedominari. Curau 5 viros adultos, et puellam 3 annorum, et vndecim feminas adultas, et puellam 5 annorum, in totum 18. Erant fatis faciles, et simplices, et anticipabant.

*Anginae*, sex curau, 2 viros, et puellum, et 3 adultas feminas; binis suppurabatur.

*Febris continua* hinc inde; binos pueros curau, et adultum vnicum.

*Diarrhoeae, et dysenteriae*, binos viros adultos curau.

*Variolae*, tres curau in eadem familia, puellam 3 annorum, quae feliciter euasit, infecit illa fratrem 8 annorum, qui confluentibus laborauit, et haemoptoe orta fatis cito periit; et fratrem 5 annorum, qui distinctis laborans, non adeo numerosis, periit 12 morbi die.

*Rheumatismi* hinc inde.

*Ophthalmiae* hinc inde.

*April.*

Aegrorum numerus vt mense Martio.

*Tertianas*, curavi 3 adultos viros, 4 puellos, 14 adultas mulieres, et vnicam puellam; erant fatis faciles, fere omnes simplices, omnes anticipantes.

*Anginae*, decem viros adultos curavi, binos puellos, 7 adultas mulieres, 2 iuniores puellas; in totum 28. Satis faciles fuerant, in quibusdam exanthematibus hinc inde ortis soluebantur.

*Rheumatismi*, 3 adultos viros curavi, 5 adultas mulieres.

*Cataracti et peripneumoniae nothae* hinc inde.

Quibusdam pueris latae efflorescentiae in cute oriebantur, cum febre, sed anomalo decursu.

*Maius.*

Numerus aegrorum modicus.

*Tertianae* praedominabantur, curavi 12 viros adultos, 5 iuniores, 10 mulieres adultas, binas puellas. In totum 29 fere omnes anticipabant, fatis faciles, biliosae erant, purgans proderat, semel, vel bis datum.

*Anginae* similes ac praeterito mense; curavi 4 adultos, vnum puellum, et 4 adultas mulieres.

*Diarrhoeae* hinc inde, 3 adultos curavi, et 3 adultas.

*Febres continuae acutae* hinc inde; 3 puellas curavi.

*Rheumatismi* hinc inde; feminas 4 adultas curavi, virum vnicum.

*Variolae spuriae, steenpoken*, hinc inde.

*Iunius.*

Numerus aegrorum parum auctior, sed non multum.

*Tertianae* praedominabantur; 10 viros adultos curavi, 3 puellios, 10 mulieres adultas, puellam vnicam iuniorem, in totum 24. Omnes simplices fere, vnam tantum habui duplicatam.

*Diarrhoeae*, sex viros adultos curavi, 3 adultas feminas, vnum puellum, vnicam puellam.

*Acutae continuae*, quinque curavi, tres adultas, vna periit, binos viros, vnus periit.

*Anginae* hinc inde, binos viros adultos, et binas feminas curavi.

*Erysipelas* hinc inde, binas feminas curavi.

*Rheumatismi*, tres habui, binas feminas, virum vnicum.

*Variolae* in pagis vicinis grassantur.

*Iulius.*

Aegrorum numerus paruus.

*Tertianae* praedominabantur, curavi 17 feminas adultas, vna ex illis habebat duplicatam; et binos pueros, erant satis faciles; bis dedi cort. in pertinaciori febre, post leuam recidiuam sanabatur sponte.

*Febres continuae* hinc inde, sed paucae, sed videbantur cerebrum ex improviso petere, sine inflammationis multae signis, efflorescentia rubra, pustulosa in cute prodierat.

*Cholerae* hinc inde, saepe cum validis torminibus.

*Diarrhoea et dysenteria* hinc inde.

*Anginae* leues, paucae.

*Erysipelas*, binas feminas curaui.

*Rheumatismi* hinc inde.

*Augustus.*

Aegrorum numerus paruus.

*Tertianae* adhuc praedominantur, curaui 8 feminas adultas, et puellam 4 annorum, et 7 adultos, et 3 pueros iuniores, erant fatis faciles, in totum 19.

*Febres continuæ* paucae, sponte, vel arte, magnam copiam viridis nigrae, olidissimae saburrae prodibat, cum leuamine, vrinae non multum subsidebant, manebant fere coloratae, vt fauae, deliria aderant.

*Cholerae* hinc inde.

*Dysenteriae et diarrhoeae* plures, quam cholerae, non numerosae tamen.

*Anginae* hinc inde.

*Rheumatismi* leues hinc inde.

*Variolae*, vnicam vidi, confluentibus laborantem puellam, quae periit 9 die.

*Septembr.*

Numerus aegrorum maior, quam praeterito mense.

*Tertianae* praedominantur, erant magis duplicatae, et pertinaciores, tamen non ex pessimis, sponte, vel arte sursum, vel deorsum saburra biliosa euacuata, de dato sale polychr. rob samb. tinct. contraieru. etc. curabiles. 22 feminas adultas, puellam vnicam, 2 annorum tractavi, inter illas 12 habebant tertianam duplicatam

tani, 19 viros, et binos puellos curavi, inter illos 4 habebant duplicatam. In totum 44.

*Diarrhoeae* hinc inde, aliquando et tertianas comitabantur.

*Tussis convulsivae* infantum.

*Variolae* incipiunt grassari per urbem, 7 tractavi iuniores, vna periit, et vnicam mulierem 22 annorum, quae evasit, licet grauida, et post variolas abortum passa fuerit.

*Quartanae* incipiunt.

*Anginae* hinc inde, satis benignae.

*Febres quotidianae*, sed raras, forte tertianae duplicatae fuerunt, in iunioribus tantum vidi.

### October.

Numerus aegrorum fere ut praeterito mense, sed circa finem mensis aegrorum numerus incipit minui.

*Tertianae* adhuc praedominantur, eiusdem indolis, ac praeterito mense, 7 viros adultos curavi, vnus habebat duplicatam, et iuniores quinque, quorum duo habebant duplicatam. Octodecim feminas aduitas, quarum sex habebant duplicatam, et puellam iuniorem, quae etiam duplicata laborabat. In totum 31.

*Catarrhi*, et febres catarrhosae ob magnum, et subitum frigus satis numerosae.

*Rheumatismi* hinc inde.

*Cholerae, dysenteriae, diarrhoeae* hinc inde.

*Anginae* sparsim, sed leues.

*Hemitritaeae* hinc inde, sponte ortus vel arte salui fluxus, putridissimam materiem eduxit cum leuamine.

*Variolae* minuuntur, vnicam tantum curavi puellam mitibus laborantem, distinctis.

*November.*

Aegri pauci.

*Tertianae* minuuntur. Binas curavi mulieres, duos viros.

*Catarrhi et febres catarrhosae* plures.

*Rheumatismi* hinc inde.

*Diarrhoëae et dysenteriae* hinc inde.

*Anginae* plures, quam mense praeterito, sed faciles.

*Peripneumonia* hinc inde, seniores inuadit.

*Variolae* plures, quam praeterito mense.

*December.*

Aegri plures, quam praeterito mense, tamen non numerosi.

*Tertianae* fere desinunt, binos viros adultos curavi, et puellam 13 annorum.

*Catarrhi, et febres catarrhosae* hinc inde, vti et *peripneumoniae nothae*.

*Febris erysipelatoza* hinc inde infantes corripit, febris acuta continua cum delirio, et secundo vel tertio die cutis vniuersi corporis erysipelatoza, postea desquamatur epidermis.

*Variolae* grassantur satis numerosae, sed faciles, et iuniores tantum occupant.

*Anginae* hinc inde, satis adhuc numerosae.



*Ileus.*

Febr. 23. Annorum 65 fatis firmæ valetudinis laboravit catarrho per dies aliquot, hodie post meridiem circa ymbilici regionem, et in lumbis eadem altitudine, incepit tormina pati valida, sine febre, fatis bene pransus. Dedi mixt. cum sp. carmin. et gr. ij. opii. Post 3 horas, cum non succederet, iussi clyfma ex ℥ iij. diacathol. et sal. gemmæ. Nil inde deiecit fere, empl. arom. applicui abdomini cum camphora; nulla febris aderat; decoct. emoll. cum sem. 4 calid. min. infusis.

24. Nox modica fuit, manet tamen in eodem locotensio, vomit ingesta. Dedi mixt. ex fyr. cichor. cum rheo ℥ iij. sal. polychr. dr. ij. superbibendo decoct. tarax. gram. scorzon. cichor. cum melle. Sine leuamine tenesmos habuit aluum deponendi, nec deposuit tamen, extrema incipiunt parum frigere, pulsus iam incipit esse parum celerior, debilis, euomit ingesta, sed non omnia, iussi foment. ex decoct. emoll. et sapon. venet. et clyfma ex decoct. fenn. ℥ j. agarici dr. iij. cum sale polychr. fyr. fenn. clyfma nil eduxit; hora octaua dedi gr. xij. foeculæ bryoniae, extrema plus frigent, pulsus celer, debilis. Hora 12 surgens, vt aluum deponeret, euomuit omnia, et statim placide expirauit.

*Vomitus sanguinis.*

Mart. 3. Annorum 26 per annum laborauerat suppressis mensuris, nunc per 4 menses regulariter habuit, in stat nunc consuetum menstruorum tempus, oppressio-

nem

nem circa praecordia sensit per biduum, hodie mane dolorem in femore dextro nunc euanidum, hodie vesperi circa quintam vomuit binas libras sanguinis, inueni pallidam, pulsum debilem. Iussi quietem, ligaturas artuum, et emulsum ex semin. papau. plantag. cucum. cum  $\bar{z}$  j $\beta$ . diacodii.

Mart. 4. Dum ligabantur artus, melius se habebat, nec vomuit postea sanguinem, nunc melius se habet, nox comoda, pulsus parum celerior, minus pallida. Dedi eadem.

5. Menstrua fluunt, somnus tranquillus, febris nulla. Dedi, cum alius strictior esset, mannae  $\bar{z}$  j. cum syr. alth. aq. rhoead.

6. Nox bona, aluum deposuit duram, nigram, febris nulla, respiratio bona, pulsus debilis, vrina sana, languet appetitus, debilis est. Dedi tinct. cinnamomi, syr. diacod. aq. meliss. lap. haematit.

7. Nox bona, melius se habet in omnibus. Dedi pill. ex sarcocolla, olibano, lap. haematit. superbibendo infus. cinnamomi cum aqua, lacte, et melle.

9. A pilulis sensit flatus, et tumorem abdominis, febris nulla, debilitas. Perrexi in vsu pilularum, superbibendo mixt. ex aq. foenic. spir. carmin. diacod.

11. Satis bene se habet, reliqui 15.

### *Pleuritis.*

Mart. 7. Die quinta incepit rigere, horripilare, febricitare. Mane 6 Martii dolor acutus, punctorius lateris sinistri cum febre acuta, continua. V. S. et fomentum

tum ex aq. lacte et sapone applicui. Tussis aderat cum sputis quibusdam, nox sequens fuit incommoda, vrina crassa, sed sedimentosa, sanguis tenuem crustam phlogisticam, facile rumpendam, habet. Dedi decoct. emoll. cum nitr. dr. ij. syr. diacod. alth.  $\zeta$  j.

Mart.  $\frac{8}{4}$ . Pulsus celer, debilior, respiratio brevis, abdomen tumens, inflatum, deliravit. lingua ficcior, vrina sedimentum rubrum habet, dolet circa sinistrum hypochondrium, ad iugulum vsque. Dedi clyisma, et emulsum diacodiatum.

$\frac{9}{4}$ . Vrina cum sedimento diuulso, rubro, clyisma multas feces eduxit nigras, lingua humidior, sordida, in dorso decumbit cruribus reductis, respiratio adhuc brevis, nec dolet, multum latus, vox rauca, sputa plura eduxit, strepitus in pectore, toruum responsum, non dormiuit. Dedi idem emulsum, balnea pedum, epispastica.

$\frac{10}{8}$ . Nox parum pacatior, deliravit, febris minor, vrina pro media parte plena sedimento rubro, diuulso, copioso, non assumpsit fere remedia. Iussi pergere.

$\frac{11}{7}$ . Bis aluum mollem, non figuratam deposuit, vrina sedimentum magis aequabile habet, febris continua, respiratio bona satis, dicit, se nullibi dolere. Dedi rob samb nitrum, aq. fl. rhoead. et samb.

$\frac{12}{8}$ . Febris continua adhuc, facies collapsa, oculi in angulis lacrymas spontaneas habent, lingua humidior, sordida, aluum deposuit, vrinam non vidi, hinc inde delirat, respiratio parum celerior. Perrexi, sed nil vult assumere.

Periit 14 huius mensis placide.

*Vomitus sanguinis, et secessus.*

Mart. 9. Annorum 46 paruae staturae, leucophlegmaticae parum temperiei ante biennium sanguinem vomitu reiecerat. Die 7 Mart. comederat ostrea, die 8 aluum nigram, tenuem, olidam deposuit, hodie post prandium sensit instans animi diliquium, aliquid sanguinis vomuit, oculi obscurabantur; vocatus subito inueni pallidum, sudorem frigidum in facie, guttatim collectum, anxium, pulsum debilem. Iussi artus ligari, dedi mixt. ex tinct. cinnamomi, lap. haematit. syr. myrtin. aq. plantag. Vesperi inueni pulsum pleniorem, parum febrilem, calor redierat, anxietas circa praecordia minor. Dedi emuls. auenaceum cum sem. papau. plantag. auena.

10. Nox modica fuit, dum respirat fortiter, circa vtrumque hypochondrium, imprimis circa sinistrum, dolorem sentit obtusum, leuis febricula, lingua sicca, sitis, vrina coloratior sana, actiones vitales bonae. Dedi oxym. sql. cum pauculo croco, aq. samb. vt concretum in visceribus sanguinem diluerem.

Vesperi; aluum nigram, olidam, tenuem cum grumoso sanguine deposuit, dolet caput, leuis quasi febricula, ructus, flatus, pallent gingivae. Dedi sp. nitr. dulc. tinct. cinnamomi, diamor. Nicolai, diacod. aq. meliss.

11. Nox satis bona, febris adest, cum pulsu pleno, respiratio bona, lingua in medio parum sordida, appetitus aliquis, vrina coloratior sana. Dedi decoct. rad. acetos. scorzon. cum diamor. Nicol.

Mart. 12. Hac nocte circa primam magna anxietas, febris, alui fluxus niger, putridus foetidus; hodie mane inueni febrem, satis intensam, debilitatem, nauseam. Dedi sp. nitr. dulc. tinct. cinnamomi, diamor. diacod. superbibendo pentaphyll. acetosae, tormentill. decoct.

Vesperis debilitas magna, pallor ingens, fluit aluo, continuo fere, sanguis, nec se erigere valet. hinc linteis excipitur, tormina, pulsus debilis. Dedi mixt. ex sp. sal. marin. fort. dr.  $\beta$ . tinct. cinnamomi  $\zeta$ ij. diacod  $\zeta$ j. aq. citr. aurant.

13. Anxietas continua, post hanc tormina, dein alui fluxus sanguineus, nunc magis flauescens, febris minor, calor adhuc aequabilis, lingua sordida. Dedi decoct. consolid. tormentill. pentaphyll. cinnamomi; superbibendum mixt. hestern.

Vesperis: omnia fere eadem, pulsus vt mane, pallor, debilitas; iussi pergere.

14. Nox parum melior fuit. flaua magis aluo deposuit, nec tam copiosa, nec tam multum sanguinis, pulsus melior; iussi pergere.

Ab assumtis anxietas, incipit sentire debilitatem, dein tormina, tunc flatum demittit; dein aluum deposuit ter, ex flauo fuscam, glutinosam, instar gelatinae, tremulam, sed sine sanguine, minus olidam, febris adest cum pulsu pleniore, respiratio satis bona, sitis, lingua in medio nigra, fusca. Dedi gratum emuls. cardiacum, cum paucis diacodio.

15. Nox satis pacata; sed circa 11 instans animi deliquium, caecitas pro momento, semel aluum deposuit,

fuit, lingua vt heri, pulsus febrilis, durus, nausea, et motus in abdomine, magnum ab emulso leuamen. Dedi simile.

Modice se habuit, febris minor; iussi pergere.

Mart. 16. Vrina sanæ similis, flatus olidi, anxietas hac nocte, et somni turbati, lingua nitidior parum, flaua, tenacia aluo deposuit, pulsus bonus, minus febrilis, minus durus, nauseat. Dedi syr. cichor. c. rheo. ℥ ij. sal. polychr. dr. j. aq. cichor. ℥. β.

Aluum flauo-fuscum deposuit, cum leuamine, decubitus naturalis, omnia meliora. Dedi haustum diacodiatum.

17. Heri vesperi nimis mecum locutus delirauit parum, postea bene dormiuit, pulsus et respiratio satis bona, aliquid vesperi in faucibus sentit, lingua minus fordida, aluum aurantii fere coloris semel deposuit, sentit se bene habere. Dedi mixt. ex oleo amygd. vitell. oui, diacod. aq. rhoeados.

Vesperi omnia eadem; perrexi.

18. Aluum similem deposuit, sitis maior, febris maior. Dedi sp. nitr. dulc. c. diamor. Nicol. diacod. rob samb. aq. cinnamomi, nox modica fuit.

Aluum flauo-viridem semel deposuit, febricula cum pulsu satis duro, appetitus satis bonus, lingua parum fordida, vrina parum coloratior saua, sitis magna. Dedi similia.

19. Vrina vt heri, nox incommoda fuit, magnam habuit anxietatem, sudorem profusum, vires proiectæ, aluus parca, fusca, tenuis, color pallidus, omnia videntur

tur peiora. Dedi decoct. scorzon. graphin. cum taraxaci turionibus, fortissimum, praelo pressum, et syr. ʒ rad. omni hora ʒ j. et omni bihor. ʒ β. mixt. hesternae.

Vesperis: parum melius se habebat, aluum similem deposuit. Perrexi.

Mart. 20. Aluum deposuit tenuem, flauam magis, nox satis pacata, febris minor, flatus demisit olidissimos, lingua adhuc sordida, sitis minor parum, vrina parum coloratior sana. Dedi eadem.

Vesperis: similiter aluum deposuit, reliqua satis bona. Perrexi.

21. Vrina sanae similis, nox modica, febris minor, lingua adhuc flavescens, sordida, respiratio bona, sitis, borborygmi, decubitus bonus, aluum bis deposuit magis flauam semel, postea ex flauo albicantem. Dedi decoct. gram. scorzon. tarax.

22. Nox modica, febris fere nulla, dum euigilat a somno, turbatum quasi sentit caput, abdomen antea tensum nunc minus inflatum. apparet, aluum parca copia, fere figuratam deposuit, sitis adhuc magna est, commode digerit, et bene appetit. Dedi idem decoct. additis tamarindis.

Vesperis aluum semel deposuit, fere figuratam, febris nulla, aliquid asperi in faucibus sentit, acidum eructat, vrina subsedit. Dedi ʒ j. diacod. lap. 69 dr. j β.

23. Nox molesta fuit parum ob gutturis asperitatem, conqueritur de acido, vrina turbata, febris minor, aluum vix deposuit, vires insurgunt, lingua tamen adhuc for-

dida. Dedi emulf ex decocto C. C amygdalis, cum diacodio.

Aluum non deposuit, reliqua eadem. Perrexi.

Mart. 24. Aluum non deposuit, nox modica, illud asperum in faucibus manet. Perrexi.

25. Somnolentus heri fuit tota die, nox inquieta, anxietas, dolor aliquis in dextro crure circa furam, lingua sordida, fitis, fatis magna, pulsus febrilis adhuc. Dedi decoct. ʒ rad. cum sale polychr. dr. ij. fyr. cichor. cum rheo. ʒ j.

Vesperis: vrina sanæ similis, pulsus febrilis, lingua minus sordida, bis aluum deposuit, flauo fuscam, olidam. Dedi emulf. leuiter diacodiatum.

26. Nox modica, bis adhuc aluum deposuit, vrina coloratior sana, stranguriosa, febris leuis, reliqua meliora. Nihil dedi.

27. Nox parum molesta, aluum figuratam, sanæ similem deposuit, vrina sanæ similis, febris fere nulla, lingua vt ante, fitis adhuc adest, non sentit amplius illud asperum in faucibus, sed ficcitatem sentit. Dedi gratum acidum cardiacum.

28. Vrina crassa, albicans, sensit motum et tensionem in hypogastrio, et circa lienis regionem, aluum flauam, liquidam, valde foetidam deposuit, pulsus satis bonus, lingua adhuc parum sordida. Dedi sal. polychr. diamor. aq. meliss. cinnamomi, sp. sulph. per campan.

29. Nox modica, heri tensionem in abdomine sensit, quæ nunc minor est, vrina alba, crassa. Dedi sal. polychr. dr. ij. fyr. cichor. cum rheo ʒ ij.

Mart.



Mart. 30. Heri mane bis, hodie semel aluum deposuit, nox bona, pulsus bonus, in faucibus adhuc aliquid molesti sentit, vrina subsedit, omnia meliora. Dedi sal. polychr. tart. vitriol. syr. ʒ rad. aq. cort. citri.

31. Nox satis bona, hodie mane aluum flauo • viridem, pultaceam deposuit, tensio minor in abdomine, febris nulla, vires insurgunt. Dedi similia.

April. 1. Vrina subturbida, pulsus bonus, febris nulla, lingua parum sordida, aluum fere figuratam deposuit. Dedi pil. ex sapon. venet. rheo, myrrha, non potest decumbere, nisi in dorso; dum in latus decumbit, molestiam sentit. Dedi decoct. recent. rad. gramin. cum syr. ʒ rad. sal. card. bened. superbibeud. pilulis.

2. Aluum pultaceam, griseam, deposuit bona copia, vrina flauescit a rhabarbaro sumto, abdomen tument, nox bona, febris nulla. Dedi eadem, et empl. aromaticum iussi abdomini applicari.

3. Aluum magis flauam deposuit, abdomen detumescit. Perrexi in vsu pilularum, fastidit enim decoctum.

5. Abdomen tument, aluum saepius deposuit flavam. Dedi easdem pilulas, et mixt. ex rob iunip. aq. iunip. sp. meliss. sal. polychr.

6. Vrina spumescens, nox incommoda, dolor abdominis, et tensio, aluum saepe deposuit fuscam, plumbeam, non valde olidam tamen, flatus. Dedi syr. diaeod. sp. nitr. dulc. aq. cinnamomi, meliss. cort. citri, aurant.

Apr. 7. Urina subsedit, febris fere nulla; sumfit residuum mixt. die 5 praescriptae, ex rob iunip. aluum magna copia pultaceam, griseam deposuit, abdomen tumet, dolet ad attactum. Dedi haustum diacodiatum.

8. Febris nulla, bene dormiuit, abdomen deturnuit, urinam difficulter reddidit. Dedi eandem mixt. ex rob iunip. vt ante.

Aluum argillaceam, fuscam, pultis instar deposuit, fatis notabili copia, pulsus parum febrilis, lingua nitidior, abdomen inflatum, incommode se habuit. Dedi haustum diacod.

9. Nox bona, reliqua eadem. Dedi mixt. ex rob iunip. vt ante; aluum argillaceam deposuit.

10. Aluum non argillaceam, fuscam deposuit, pulsus fatis bonus, vix febrilis, nox modica, abdomen tensum. Dedi decoct. tarax. gramin. sed forte cum sem. calidis minor. syr. 5 rad.

11. Per aliquot dies multa sputa exscreauit sine tussi; heri vesperi dederam diacodiatum, vnde nox commoda, aluum flauescens, aequabilem, instar pultis liquidioris deposuit aliquoties, incepit abdomen detumescere, vt videtur. Dedi residuum hesterni decocti, et sal. polychr. syr. cichor. cum rheo, aq. foenic. febris adest, sed leuis cum pulsu forti, adest pruritus per totum corpus.

12. Urina colorata, flauescens, aluum ter flauam deposuit, tumet parum crus sinistrum, febris vix vlla, nox modica, sputa illa vt ante, et aliquid molestiae sentit in faucibus.

Vesperis: incommode se habuit, dolet leuiter circa sinistrum hypochondrium, febricula leuis, tensum abdomen, aluum similem deposuit, tormina habuit, et inflatum abdomen. Dedi diacod. cum emulso.

Apr: 13. Vrina crassa, alba, borborygmi, imprimis circa sinistram partem abdominis, heri adhuc semel magnam copiam similium secum aluo deposuit, febricula leuis. Dedi similia ac heri.

14. Febricula leuis, vrina crassa, aluum flauam, tenuem, postea gelatinae instar deposuit, nox modica. detumuit abdomen parum. Dedi sal. genist. dr. j. decoctum in vini rhenani ℥v. vesperi abdomen iterum tumuit. Dedi iterum opiatum.

15. Nox commoda, febricula leuis, abdomen multo minus tumet. Dedi nihil, vesperi opiatum leue.

16. Nox commoda, reliqua eadem, aluum flauam, quasi gelatinosam deposuit. Dedi pil. ex rheo, sapone veneto, galbano.

17. Aluum aurantii coloris deposuit sine torminibus, vrina copiosum dedit sedimentum. Iussi pergere.

18. Omnia eadem. Perrexi 19. sic et hodie.

20. Heri moleste se habuit. Nox modica, leuis febricula, aluum fuscam, liquidam, olidam deposuit, vrina satis rubra, flauescens, abdomen tensum. Dedi easdem pilulas, superbibendo infus. sem. calid.

21. 22. Omnia eadem. Perrexi.

23. Crus sinistrum adhuc tumet circa astragalum, vrina crassa, aluum varii coloris, fuscam, flauam deposuit, sed parca copia, detumuit abdomen, dolent lumbi,

heri moleste se habuit, et nox incommoda fuit, tenacem pituitam crebro vomuit, doluit valde abdomen. Dedi mixt. cum binis grauis laudani, aq. citri, aurant. cinnamomi, meliss. fyr. citri.

Apr. 24. 25. Omnia fere similia. Iussi pergere in vsu pilularum.

26. Incredibilem copiam tenacis pituitae sursum eduxit, et similem glutinosam, flauam, materiam deorsum cum leuamine, sed postea moleste se habuit vesperi. Dedi diacodiat. febricula continua durat.

27. Nox modica, semel aluum similem deposuit, multam copiam pituitae excreauit. Dedi gratum acidum cardiacum, diacodiatum. Febricula.

28. Omnia eadem. Dedi tart. tartarifatum in liq. quore solutum omni trih. dr. j. vesperi opiatum.

29. 30. Omnia similia. Perrexi, superbibendo ferum lactis.

Mai. 3. Omnia manent eadem, mane manet abdomen teufum; circa 10. vesperi magnam anxietatem habuit, et sanguinis parum vomuit. Opiato dato compefeci.

7. Omnia manent eadem, pergit quotidie aluum deponere.

9. Debilitas, febris vt ante. Dedi emuls. cardiacum. Vesperi: debilitas ingens, parum adhuc sanguinis cum multo viscido vomuit, veram, quasi amurcam, sed sinceram aluo deposuit; pulsus celer, debilis, facies cadauerosa, pallida, contracta, dolor circa hypochondrium

drium finiftrum, et circa inguen finiftrum. Dedi gratum, acidum, diacodiatum.

Mai. 10. Nox incommoda, anxietas, aluum amurcofam depofuit, pulfus melior, calor ad extrema, facies pallida, reliqua bona. Dedi fimilia.

11. Maximam copiam fufcae, amurcofae materiae depofuit, febris continua, fed minor, vires parum meliores, nec detumefcit abdomen.

12. Nox incommoda, aluum iam viridem depofuit, tumet plus abdomen dolet et crus vtrumque, pallet facies contracta, febris minor, calor ad extrema ufque. Dedi leue diacodiatum.

13. Aluum depofuit tenuem, nigram, olidiffimam cum leuamine, fitis, febris continua, tenfio abdominis, appetitus melior. Dedi rob ribef. fyr. citri, fp. nitr. aq. cinnamomi, meliff.

14. Aluum femel flauam depofuit, febris, fed minor. Perrexi, et dedi vefperi diacodiatum.

15. Abdomen tumet, ac ante, aluum non depofuit. Dedi fimilia.

16. Vrina parum coloratior fana, pulfus aequalis, fatis fortis, parum febrilis, nox modica, tenfio in finiftro hypochondrio, flatus fatis copiofi, appetitus infurgit, ardor in faucibus. Dedi fyr. fl. viol succ. citri, aq. nymphaeae, tiliae. Vefperi dedi opiatum. Aluum femel, viridem depofuit.

17. Nox modica, reliqua eadem.

18. Omnia eadem. Dedi infuf. baccar. iunip. fem. dauci cret, cum vino et aqua.

Vesperi: inde habuit tormina in abdomine valida,  
Dedi leue opiatum.

Mai. 19. Melius se habebat. Iussi sumere residuum,  
et vesperi dedi leue opiatum.

20. Vrina sanæ similes, febris leuis, aluum pultaceam, viridem deposuit, appetitus bonus, abdomen parum detumescit. Dedi similia infusa bacc. iunip. vesperi opiatum.

21. Heri moleste se habuerat, aluum pultaceam, viridescentem deposuit, febris continua. Dedi gratum cardiacum.

22. Melius parum se habet. Perrexii.

23. Nox modica, febris minor. Dedi decoct. tarax. fumar. fortissimum, inslar succi expressi, et syr. 5 rad. aluum pallido-fluam, pultaceam deposuit. Vesperi opiatum.

24. Aluum pallidam magis deposuit; perrexii.

25. 26. Vt ante. Perrexii.

27. Heri aluum pultaceam, flauo-albam deposuit. Reliqua eadem. Perrexii.

28. 29. 30. Omnia similia. Perrexii.

Iun. 6. Hactenus omnia eadem, sed maior debilitas. Dedi hinc grata cardiaca, et vesperi opii gr. ij.

28. Hactenus omnia eadem, quotidie aluum deposuit dilute fluam, tenuem, tumor idem. Perrexii hactenus in similibus.

30. Incipit sudare de nocte.

Iul. 6. Iam per triduum aluum tenuem, flauam, oli-  
dam, magna copia deposuit cum leuamine, pulsus in-  
furgit. Perrexi.

10. Parcius aluum deponit, pulsus fortior, minus  
febrilis. Dedi similia.

13. Leues aphthae oriuntur.

14. Augentur, Dedi succum raparum cum melle,  
et linctum ex ol. amygd, vitell, oui, syr. alth.

15. Decidunt,

16. Iterum augentur.

22. Hucusque durant, deciduae, renatae iterum.  
Perrexit toto hoc tempore quotidie saepius aluum depo-  
nere tenuem, flauam.

29. Hucusque pergunt aphthae, sed iam tenuiores,  
quotidie aluo liquida deponit.

31. Vt ante.

Aug. 25. Omnia hucusque eodem modo se habue-  
runt, heri subito aucta debilitas, sentit mirum motum  
circa praecordia. Hac nocte periit.

### *Vomitus.*

Apr. 10. Annorum 39 plurimum liberorum mater,  
macilenta, die 5 incepit sentire totum corpus conquassa-  
tum, die 6 circa dextrum hypochondrium; sapor ama-  
rus in ore, nausea, fastidium. Dedi heri purgans, inde  
commode fuit euacuata, nox modica fuit, sed cum ter-  
rore euigilat, vrina sedimentum habet carneum, pellicu-  
lam in summitate, per 6 septimanas caruit mensuris,

Dedi gratum acidum cardiacum ex sp. nitr. dulce aq. cinnamomi, meliss. cort. citr. aurant. sp. vitæ Mathiol.

Apr. 11. Urina subsedit vt heri, de nocte non multum dormiuit, febris nulla, dolor ille ex latere dextro semper totum abdomen dispersit. sitis, appetitus nullus. Dedi gratum acidum cardiacum fere vt heri.

12. Dolor lumborum, vrina parum magis flauescens cum nubecula, febris nulla, nausea, dubitat. an grauida sit. Dedi mixt. ex syr. diaçod. tinct. succin. lap. 69. aq. meliss.

13. Dolor lumborum vt ante, appetitus nullus, vrina sanæ similis cum nubecula subsidente, aluus stricta, febris nulla, pulsus debilis, lingua nitida. Dedi gr. xx. pil. Ruffi et resid. mixt. vomuit heri sæpius.

14. Bis aluum deposuit, quater vomuit, semel bilem amaram, flauam, copiosam, os amarum, pulsus debilis non febrilis, nox modica, languit, appetitus nullus, sitis magna. Dedi gratum acidum cardiacum.

15. Adhuc bilem aeruginosam vomuit, et bilem flauam aluo deposuit cum summo leuamine, nunc pulsus fortior, facies antea contracta, nunc naturali similis, oculi antea languidi, nunc viuidi penitus. Dedi simile.

16. Bis flauam bilem vomitu reiecit, vrina flauescens, cum nubecula, post meridiem se peius habere dicit, sitis magna, appetitus languet. Dedi oxym. scillit. cum sale polychr. aq. melissæ.

17. Heri hora 4 post meridiem riguit, friguit, vomuit amara, fastidit medicamentum, vrina subsedit, anxietas,



xietas, nausea. Dedi ipècacuanh. dr.β. cum solito regimine, et postea diacodion.

Apr. 18. Vomuit copiosam bilèem, flauam, postea aeruginosam cum leuamine, febris nulla, non dormiuit, sed vomuit opiatum. Dedi sp. vitæ Math. syr. diacod. aq. citri, aurant. meliss.

19. Febris nulla, vrina subsedit, lingua nitida, vomuit omnia; applicui ventriculo empl. ex theriaca, massich. ol. menth. dicit, se heri circiter  $\bar{\zeta}\beta$  purulentæ quasi cum striis sanguineis materiae eiecisse.

20. Dolet ventriculus, ac si excoriatus foret, febris nulla, pulsus debilis, vrina lateritia, dolor lumborum se per totum abdomen dispergens. Dedi mixt. ex ol. amygd. vitello oui, diacodio.

21. Inde leuamen sentit, tamen adhuc vomuit. Dedi gr. j. opii.

22. Inde commode se habuit. Dedi leue diacodiatum.

23. Vrina subsedit copioso sedimento, omnia euomit, aluus stricta per 8 dies, febris nulla, pulsus debilis. Dedi pil. Ruffi gr. xv. et vesperi diacod.

24. Vrina crassa, turbida, ter aluum deposuit, nigram, bis tenuem, semel duram, febris nulla, nox modica, singultus adfuit. Dedi aq. menth.  $\bar{\zeta}$  iij. sp. menth.  $\bar{\zeta}\beta$ . laud. liq. gtt. xx. syr. diacod.  $\bar{\zeta}\beta$ .

25. Melius se habet, minus vomuit, vrina crassa, turbida. Iussi pergere per biduum.

27. Pergit vomere saepius, queritur de acido ventriculi. Dedi absorbentia cum aq. menth. sp. menth. diacodio.

Apr. 29. Vomit omnia ingesta, et de acido queritur. Iussi abstinere remedijs et vti solis alcaliscentibus.

Mai. 3. Melius parum, tamen vomit, iussi pergere, Dedi absorbentes pulueres.

7. Vomitus cessat fere. Perrexi.

*Peripneumonia.*

Nou. 2. Annorum 57 sanguinei habitus femina, die 31 vesperi incepit se male habere, i Nou. febricitabat, inueni respirationem impeditam, febrim acutam continuam, linguam siccissimam, vomuit pituitam, fitis magna, iactatio. Iussi V. S.  $\frac{3}{4}$  viij. Dedi decoct. 5 rad. cum melle, nitr. fyr. 5 rad.

Sanguis totus concretus, vix quid feri habet, sed crustam phlogisticam, vrina iumentorum, febris parum minor, lingua adhuc sicca, respiratio impedita, medicamentum non assumsit, delirium leue, Epispastica pedibus applicui. Dedi decoct auen. cum nitr. rob samb.

3. Euomuit medicamentum, et noluit assumere, vrina crassa, turbida, respiratio parum melior, lingua eadem, nox incommoda, cum leui delirio. Iussi situm erectum, balnea pedum, et eadem.

Vrina rubra, obscura, siccitas linguae, leue delirium, pulsus celer, debiliior, aluus iam per 5 dies stricta, respiratio breuis, sublimis; iussi clystina, epispastica, et vsum eorundem.

4. Vrina heri vesperi descripta crassa, turbida facta mansit, similis hodie mane, dolor, dextrum latus et humerum

merum occupat, respirationem impediens, strepitus in pectore, pulsus durus adhuc est, iam et satis fortis, calor ad extrema usque, clystma feces eduxit cum leuamine. Iussi V. S. ℥ viij. et dedi decoct. aper. cum nitr. syr. alth. et foment. ex lacte, aq. sapou. venet.

Vesperi: inueni sanguinem cum sero satis copioso, sed pars rubra subsidebat, nec remota a lateribus peluis emergebat, respiratio sublimis, stertor in pectore, delirium leue, nil assumit.

5. Periit circa 10 matutinam.

### *Variolae confluentes.*

Nou. 10. Annorum 20 puella vegeta, die sexta incepit aegrotare, dolorem cardiae sentire, febricitare. Die 9 inceperunt prodire variolae satis numerosae et parvae in facie et manibus, hodie mane proruperunt menses solito tempore, dolor cardiae minor. Dedi emuls. cum nitr. antimonio, et vesperi diacod.

11. Aluus stricta toto morbi decursu, febris modica, respiratio bona, nox insomnis, menses pergunt modice fluere, nucha dolet, fauces dolent. Dedi decoct. bardan. gram. scorzon. cum syr. viol. succo citri, et vesperi diacod.

12. Hac nocte anxia fuit, credens se morituram, hodie mane inueni respirationem bonam, facies tensa, in naso et mento confluunt omnino, in reliquis interstitiis cutis rubet, aluus stricta. Dedi sp. sulph. per campan. cum syr. alth. fl. viol. nitr. diacod. haustum vesperi hora quinta.

Vesperi:

Vesperis: clyfma copiofas feces eduxit cum leuamine, febris modica, respiratio bona, totus nafus alba pellicula tectus, reliqua interstitia rubent, facies modice tumet. Dedi emulf. gratum cum nitr. et diacod. ℥j. et potui communi miscui sp. sulph. per campan.

Nox. 13. Interstitia rubent, febris vt ante, respiratio bona, bis aluum deposuit, vomuit viridia, perrexi in vsu sp. sulph. per camp. Dedi vesperi diacod. et decoct. ex rad. gram. cum syr. rub. idaei, succ. citr. etc.

Vesperis: modice se habet, ter aluum deposuit, respiratio bona, lingua satis humida. Perrexi.

14. Nox modica, ter aluum deposuit liquidam in magna copia, febris continua, respiratio bona, interstitia rubent inter variolas, lingua humida, manus et brachia tument. Dedi gratum emulfum, vesperi diacod. sp. sulph. per camp. in potu communi.

Vesperis: omnia eadem, ter aluum deposuit, non adeo liquidam.

15. Bis aluum deposuit, nox incommoda, cum leui delirio, nunc parum dormiuit, facies vna alba crusta tecta, manus tument, sed variolae apparent flaccidae. Dedi ius carn. omni trihorio, et vinum, et decoct. bard. scorzon. chinae, cum syr. 5 rad.

Vesperis: febris magna, respiratio breuis, reliqua eadem.

16. Perit hora quinta hodie mane.

*Constitutio anni 1740.**Januarius.*

Aegrorum numerus modicus.

*Variolae* grassantur. Sex puellas iuniores curavi, unicam puellam adultam, quae laboravit confluentibus, et euasit, 4 puellor., vnus periit, ad quem 8 die morbi accessi, et adultum vnicum.

*Ab interuulo frigore* correptos habui aliquos, qui in animi deliquium incidere, postea leuiter febricitauerant, tres vetulas, binos iuuenes, vnā iuenculam.

*Febres rheumaticae continuae.* saepe aderat delirium.

*Pleuritides,* binas adultas curavi, vna periit, sex adultos, periit vnus.

*Anginae* hinc inde, sed leues.

*Peripneumonias nothae* hinc inde seniores occupabant.

*Diarrhoea* hinc inde.

*Februarius.*

Aegrorum numerus parum maior, quam praeterito mense.

*Pleuritides* satis frequentes sunt. 7 homines adultos curavi.

*Anginae* plures, quam praeterito mense, sed satis faciles, 4 mulieres adultas, binas puellas curavi, et tres viros adultos, omnibus tonsillae inflammatae, vnicae mulieri suppurabantur, ad quam vocabar quinta morbi die.

*Vario-*

*Variolae* incipiunt minui, binas puellas iuniores curavi, vnum puellum, qui periit, et puellam adultam et iuuenem adultum.

*Rheumatismi* satis frequentes, 7 mulieres adultas, tres viros adultos curavi.

*Diarrhoeae* hinc inde.

*Febres continuæ acutæ* hinc inde, euaserunt omnes.

*Tertianæ* incipiunt, binas virgines adultas curavi.

*Mart.*

Aegrorum numerus vt praeterito mense.

*Tertianæ* praedominantur, 5 viros adultos curavi, tres pueros iuniores, quorum bini satis diu languerunt. Vni debui dare post 6 septimanas corticem Peruvianum, et 11 feminas, et vnicam puellam iuniorem, quae etiam diu languit. In totum 20.

*Quotidianæ* hinc inde paucae intercurrebant.

*Acutæ continuæ* hinc inde, deliria in vigore morbi.

*Pleuritides* hinc inde, tres curavi, binos viros adultos, vnum puellum, cui suppurata pleuitis per sputa euacuabatur, et restitutus fuit.

*Arthritides, rheumatismi, podagra* hinc inde.

*Diarrhoeae et dysenteriae* sparsim.

*Anginae* hinc inde, sed satis leues.

*Ophthalmiae* hinc inde.

*Variolae* parum augentur, 9 curavi, 5 puellas, 4 pueros, iuniores omnes, periit vnica.

*Parotides* hinc inde oriebantur sine alio morbo praegresso.

*April.*

*April.*

Numerus aegrorum exiguus.

*Tertianae* praedominantur, curavi viginti feminas adultas, tres puellas iuniores, et nouem adultos viros et puerum 10 annorum. In totum 33. Quaedam erant solito pertinaciores. et tunc dedi corticem.

*Dysenteriae et diarrhoeae* hinc inde; tres curavi feminas, iuuenem 20 annorum, et binos puellos.

*Anginae* hinc inde.

*Acutae* continuae rarae, et in tertianas breui mutantur.

*Parotides* hinc inde.

*Variolae*, 5 curavi, fatis faciles.

*Maius.*

Numerus aegrorum paruus, circa finem mensis parum augetur.

*Tertianae* fatis numerosae praedominantur, plures aderant duplicatae, quaedam erant vehementiores solito. 20 viros adultos, et 5 pueros curavi, 25 feminas, et 6 puellas iuniores curavi; in totum 51.

*Anginae* hinc inde faciles, 7 feminas curavi, et vnum hominem adultum.

*Diarrhoeae*, hinc inde, vti et dysenteria, sed rara.

*Variolae*, puerum et puellam curavi; quae confluentibus laborans periit.

*Pleuritides* hinc inde, binas adultas et virum vnum curavi.

*Iunius.*

Numerus aegrorum maior parum, quam praeterito mense.

*Tertianae* adhuc numerosae, 19 feminas curavi, vnam puellam, quae duplicata laborabat, vti et binas ex adultis feminis, 15 viros adultos, vnum puellum, duplicata laborantem, in totum 36.

*Dysenteriae, et diarrhoeae* hinc inde. Tres viros, quatuor feminas curavi.

*Rheumatismi* hinc inde.

*Anginae* paucae, fatis faciles.

*Variolae*, tres iuniores curavi, et vnam puellam 20 annorum.

*Acutae continuae* hinc inde, tres curavi feminas, vna periit.

*Ophthalmiae* fatis frequentes.

*Pleuritides* hinc inde, quatuor curavi.

*Iulius.*

Aegri paucissimi, imprimis circa finem mensis.

*Tertianae*, septem mulieres curavi adultas, vna habebat duplicatam, et septem viros adultos, et puellum vnicum. Omnes hi simplici tertiana laborabant, in totum quindecim.

*Dysenteriae et diarrhoeae* adhuc plures, quam mense praeterito. Sex mulieres curavi, vnum virum, fatis validae erant,olidissimae, et sanguinolentae sub finem; leue purgans ex rhabarbaro, dein acida cardiaca, mixt. ex bol. armen. magna quantitate profuerunt.



*Rheumatismi* hinc inde.

*Anginae*, sed raras et faciles.

*Variolae*, tres pueros curavi, et 5 puellas, vna puella periit confluentibus.

*Acutae continuae* hinc inde, sed raras, binos pueros curavi, vnus periit.

*Ophthalmiae* sparsim.

*Erysipelas* hinc inde.

*Augustus.*

Aegri paucissimi.

*Tertianae*, sex viros curavi, vnicam adultam virginem, et vnicam puellam, in totum octo.

*Febres continuae* raras, vnum tractavi, qui periit.

*Variolae*, septem curavi, tres puellas, pueros quatuor. binae puellae perierunt.

*Pleuritiae* hinc inde.

*Diarrhoeae et cholerae* hinc inde, 4 viros curavi, puellam 1, et 4 feminas, in totum 9.

*Anginae* adhuc satis frequentes, sed faciles, sex feminas curavi, et vnicum iuuenem adultum, sp. sulph. nitrum, rob samb. curabant facile, nulla suppurabatur.

*Ophthalmiae* satis adhuc frequentes.

*September.*

Aegri paucissimi.

*Tertianae* paucae: binos viros adultos curavi, duos pueros, et sex feminas adultas.

*Variolae*, binas puellas curavi iuniores, iuuenem vnicum, et tres pueros. Sunt satis mites, nullus periit.

*Diarrhœa et dysenteria* hinc inde vagabantur, quinque viros adultos curavi, et quatuor feminas adultas.

*Cholerae*, vnicam feminam curavi.

*Anginae*, raras et faciles.

*Rheumatismus* hinc inde.

*October.*

Aegri parum aucti.

*Acutae continuæ* hinc inde cum delirio, aphthis. 4 mulieres curavi, vna periit; et virum vnicum.

*Tertianæ* paucae, tres viros adultos curavi, quorum bini habebant duplicatam, et quatuor mulieres adultas, vna laborabat duplicata.

*Variolæ* satis grassantur, 4 puellas curavi, binos puellos, quorum vnus periit, et iuuenem 20 annorum. Satis mites videntur.

*Diarrhœae* raræ.

*Anginae* hinc inde, sed faciles.

*November.*

Aegri pauci.

*Acutæ continuæ* prædominantur reliquis morbis, sed non adeo tamen numerosæ sunt, non videntur aliquid inflammatorii habere, sed circa præcordia hæerere malum, fluxus olidæ materiæ per aluum sponte vel arte profuit, metastasis facilis ad cerebrum, et admodum periculosæ tunc erant. Quinque feminas curavi, vna periit tali metastasi ad cerebrum, et tres adultos, sed tantum infra 30 annos. Non vidi V. S. profuisse, nisi in plethoricis.

*Vario-*

*Variolae* vt praeterito mense. Curaui puellum 12 annorum, et puellam 5 annorum, quae periit, et binos iuuenes 20 annorum, quorum vnus periit.

*Anginae* raras et faciles.

*Tertianae* raras sed duplicatae. Curaui vetulam, puellam 16 annorum, et binas puellas iuniores.

*December.*

Aegri pauci.

*Variolae* vt praeterito mense, binas puellas, et totidem pueros curaui, vna puella, et vnus puer perierunt.

*Acutae continuae* similes, ac praeterito mense, sed raras. Tres adultas mulieres curaui, vna periit, et virum vnicum.

*Rheumatismi*, tres curaui, binos viros, vnam mulierem.

*Anginae* raras et faciles.

*Diarrhoeae* raras et faciles.

*Puerperium.*

Mart. 3. Vegeta, sanguineae temperiei, aetatis flore, heri vesperi felici partu pueri primipara, post partum satis bene se habuit; tormina sensit hac nocte, postea grumas concreti sanguinis excreuit cum leuamine; circa meridiem hodie bene se habuit. Dederam mixt. ex lap. 69. syr. diacod. aq. meliss. cinnamomi, tinct. succin. Feliciter vberibus admouit infantem, post meridiem dolor abdominis ortus satis validus, cum febre continua. Iussi mixt. superbibendum emulsum gratum auen. cum diacodio, et foueri abdomen sapone venet. aq. et lacte.

Mart. 4. Nox molesta, acris dolor, febris acuta continua, lochia cessant, vrina iumentorum. Dedi mixt. cum gr. ij laud. superbibendo emuls. gratum, alth. malu. verbasc. artemis. folia cum aq coctis, et sapone veneto, facculo impositis, iussi foueri abdomen, post meridiem dolor parum remisit, vrina tamen eadem, lochia modice rubra prodeunt.

5. Nox parum melior, dolor tamen per interualla acris, febris parum minor. Dedi omni bihor. pulu. ℞. laud. pur. gr. jss. lap. 69. dr. ij. succin. pp. dr. ss. ol. ciuamomi gutt. ij. contraieru. gr. xxiv. m. f. pulu. vj. et omni hora ℥j. grati emulsi auenacei, idemque emulsium et fomentum. Lochia nulla.

Circa meridiem incepit stertor aliquis in pulmone oriri, respiratio difficilior, dolor minor, lochia nulla; empl. ex galbano pedibus applicui. Dedi Kermes minerale, omnia augentur mala, imprimis stertor pulmonis. Sequenti nocte hora 4 periit placide.

*Constitutio anni 1741.**Ianuarius.*

Aegri pauci, parum tamen plures, quam mense  
praeterito.

Morbi fere omnes sporadici erant.

*Pleuritides*, quatuor curavi, tres viros adultos, fe-  
minam unam. Vir vnus periit 11. die morbi.

*Acuta continua* hinc inde.

*Rheumatismi* hinc inde.

*Tertianam* unicam vidi duplicatam.

*Cholera*, binas feminas curavi.

*Februarius.*

Aegri plures, quam praeterito mense.

*Pleuritides*, quinque curavi, omnium sanguis valde  
pleuriticus erat, mites in initio, aliquando quasi in initio  
tertianam mentiebantur; conualuerunt omnes, in tribus  
ingens copia olidae materiae cum leuamine fluxit aluo.

*Peripneumoniae* paucae.

*Tertianae*, binas curavi, iuuenem 20 annorum, qui  
periit, et puellam 20 annorum.

*Rheumatismus* hinc inde.

*Catarrhi* hinc inde.

*Acuta continua putrida cum aphthis*, vnum tractavi,  
qui periit.

*Anginae*, quinque feminas adultas curavi.

*Martius.*

Aegrorum nuinerus minor.

*Catarrhi* hinc inde.

*Tertianae*, vnicam tantum vidi duplicatam.

*Variolae* adhuc adfunt, imo augentur potius, inter plebem fatis numerosae, quatuor puellas iuniores curauit, vna periit, et iuuenem 29 annorum.

*Acutae continuae* hinc inde fatis periculofae, videbantur hemitritaeae, caput petebat morbi materies, haemorrhagia narium, diarrhoea putrida, ſponte, vel arte, et dein ſudores profuerunt. Saepe in initio morbi pulſus admodum paruus et vix ſenſibilis aderat, profuerunt tunc grata acida cardiaca, et reuellentia, et aluum ducentia, in ſanguineis V. S. tres curauit N. N. qui fatis periculofe habuit, et N. N. qui periit apoplecticus.

*Pleuritis et peripneumonia* hinc inde.

*Anginae* ſparſim, ſed fatis faciles.

*Dyſenteriae* hinc inde.

*Aprilis.*

Aegri plures.

*Catarrhi* hinc inde.

*Tertianae*, ſeptem curauit, tres viros adultos, et vnum puerum, et tres mulieres. Vidi in tertianis illis aliquid peculiare. Non erant omnes tutae, vt ſolent vernae, ſed vidi in viro et muliere adultis, quod degenerauerunt quaſi in indolem continuarum, et licet purgans dediſſem, fecerint tamen diarrhoeam putridam, delirium, catochen quaſi, et in fine morbi aphthas, euaserunt

runt tamen. In alio viro plethorico, cum capitis dolor adesset, binis V. S. et purgante dato superavi periculum.

*Variolae*, adhuc pergunt, 5 infantes curavi, et iuvenem 20 annorum, tres ex illis laborauerunt confluentibus, vna periit puella 10 annorum, sed morosissima, quae nil sumere voluit. Euaferunt reliqui.

*Acutae continuae*, augentur numero, similes ac praeterito mense, septem adultas mulieres et 10 annorum puellam curavi. Vna periit, ad quam non vocatus fueram ab initio, apoplectice, et binos viros adultos curavi.

*Pleuritis* hinc inde, tres viros adultos curavi.

*Anginae* hinc inde, sed satis faciles.

*Diarrhoeae satis putridae* hinc inde, tres mulieres curavi, duos viros.

*Rheumatismi* hinc inde.

*Tusses ferinae* infantes sparsim occupabant.

#### *Mains.*

Aegrorum numerus vt mense praeterito.

*Catarrhi* hinc inde.

*Tertianae*, quatuor adultas mulieres curavi, et vnicam iuniorem puellam, binos viros adultos, et pueros duos, quorum vnus laborabat duplicata, non erant difficiles.

*Variolae*, binas feminas adultas curavi, binas puellas iuniores, et binos pueros 11 annorum, quorum vnus confluentibus laboravit. Euaferunt omnes.

*Dysenteriae* hinc inde. Tres mulieres, binos viros curavi.

*Anginae* plurimae. Septem mulieres adultas curavi, binos viros adultos. Omnes erant faciles fati, V. S. in plethoricis, leue purgans sulph. sp. nitr. rob. fainb. curabant.

*Febres continuæ*, minus iam caput petebant, ceterum fati similes.

*Pleuritides* hinc inde.

*Erosiones* scorbuticæ labiorum, gingivarum, palati, plurimis aderant.

#### *Iunius.*

Aegrorum numerus valde exiguus.

*Tertianæ*, quatuor viros adultos curavi, binos pueros, et binas mulieres adultas.

*Variolæ*, septem curavi iuniores puellas; euaserunt omnes.

*Diarrhoeæ* hinc inde.

*Choleræ* fati videntur grassari, binos viros adultos, tres viros curavi.

*Anginae*, vt praeterito mense, tres viros, binas feminas curavi.

*Pleuritis*, acuta, continua hinc inde.

*Scorbutus* infestabat plurimos.

#### *Iulius.*

Aegri pauci.

*Febres acutæ* continuæ, fati periculosa, caput petebant cum delirio, V. S. in calidis et plethoricis profuit, sed imprimis purgantia ex tamarindis, fenn. etc. Clysmata similia, pediluuiâ, tunc enim incredibilis co-



pia corruptae olidissimae materiae prodibat cum leuamine. 5 viros adultos curavi, qui euaserunt, puellus 2 annorum peripneumonicus inde factus periit. 4 feminas adultas curavi. Periit vna.

*Tertianae* hinc inde, tres adultos curavi, in vno pertinacissima, sed admodum lenis, cortice Peruuiano curata fuit, in altero bilis vomitu sanata illico, in tertio binis purgantibus ante paroxysmum, binas curavi adultas mulieres satis facile.

*Variolae* satis mites. 5 puellos curavi, puellas binas, et adultam vnicam; euaserunt omnes.

*Anginae* hinc inde, sed mites.

*Augustus.*

Aegri pauci.

*Acutae continuae*, vt praeterito mense, cum incredibili olidae materiae per aluum effluxu, et sponte, et per artem. Quatuor feminas adultas curavi, perierunt binae. Binos adultos viros, qui euaserunt, periit et puellus.

*Tertianae*, septem viros adultos curavi, sex adultas mulieres curavi, et puellam. Erant satis faciles.

*Quotidiana*, vidi vnicam.

*Variolae*. Puellam adultam curavi, quae euasit, et puellum 5 annorum, qui confluentibus periit.

*Anginae* satis faciles hinc inde.

*Tusses serinae*, Kinkhoest, infantes occupabant, hinc inde.

*Diarrhoeae, dysenteriae, cholerae* hinc inde.

*Rheumatismus* hinc inde.

*Septem.*

*September.*

Aegri paulo plures quam mense praeterito.

*Tertianae* praedominabantur; sex viros adultos curavi, binos pueros, quorum vnus laborabat duplicata, decem mulieres adultas, tres puellas, quarum vna duplicatam habebat; in totum 21 fatis faciles erant, sed duplicatae non cedebant adeo facile.

*Quotidianae* hinc inde, sed rarae.

*Anginae* scorbuticae hinc inde.

*Variolae*, puellum et puellam curavi iuniores, quae perierunt, et aliam 14 annorum; confluentibus laborabant.

*Acutae continuae*, 2 viros adultos curavi, binas feminas, vna periit. In omnibus copia bilis corruptae.

*Colicae* hinc inde.

*October.*

Aegrorum numerus vt mense praeterito.

*Tertianae* minuuntur, tres tantum curavi, binos viros adultos, et vnam mulierem.

*Acutae continuae* augentur. Quaedam cum leui angina inceperunt, aliae a leui initio, cum lassitudine et dolore omnium membrorum, dorsi et capitis; nausea; augebantur quotidie, deliria fere semper, circa octauam dein status, deinde declinabant, vixque vltra decimum quartum diem pergebant. Ingentem copiam nigrae, olivissimae materiae aluo deponebant cum leuamine, dein flavescebant excreta aliquando et bilem vomebant. Sapor putridus in ore, et in summo morbi incremento vrinam

nam et feces in seipſi dimittebant. V. S. non vidi profuisse, in plethoricis, pulsus enim in multis erat celer, sed debilis. In fine morbi saepe aphthae, urinae variae, aliquando turbidae, crassae, aliquando tenues, copiosae, circa finem morbi subsidentes. Profuerunt purgantia, vomitorium aliquando, sed magis versus aluum vergebat materies; dein acida, aromatica, stimulantia; viclus ex acescentibus. In quibusdam dolores crurum, vel brachiorum aderant in morbi statu. Plurimi euadebant. Curaui tres adultos viros, et 5 feminas adultas. Euaserunt omnes, excepta vna femina.

*Anginae*, sed leues, binos viros curaui, 5 mulieres. *Cholerae* rarae.

*Morbilli* plures: suspicor variolas in illos degenerare; tres pueros, quatuor puellas curaui; referebant perfecte variolas, dum erumpebant, sed tussis, et oculi lacrymantes distinguebant.

*Variolae*. Curaui iuuenem 20 annorum, qui periit, et binos puellos, qui euaserunt.

### November.

Aegrorum numerus minor, mense praeterito.

*Acutae continuae* praedominantur similes, ac praeterito mense, 7 mulieres curaui, periit vna, 56 annos nata, scorbutica valde, in morbi statu, 5 viros, vnus periit, pessime delirans, quamuis nimiam copiam olidae materiae aluo deposuisset, et in flore aetatis esset.

*Tertianae* paucae, faciles, virum adultum, virginem adultam, et puellam 17 annorum curaui.

*Morbilli*, binos pueros curavi, et maurum 20 annorum, in quo difficillime distinguere potui.

*Anginae* hinc inde.

*Detember.*

Aegri plures, quam mense praeterito.

*Acutae continuae* praedominantur; octo viros, vel iuvenes curavi, 7 mulieres. Euaserunt omnes.

*Anginae* satis numerosae, sed faciles satis. Binos viros adultos curavi, et puellum, quinque mulieres, et iuniorem puellam.

*Tertianae* rarae. Binas virgines adultas curavi.

*Morbilli*, binos pueros, et binas puellas curavi. Tussis molesta manebat.

*Variolae* iterum incipiunt. Curavi adultam virginem, binas puellas, vnam 17 alteram 9 annorum, et binos pueros. Conualuerunt omnes.

*Pleuritides* hinc inde.

*Catarrhi* numerosi.

### *Angina, an ranula Hippocratis?*

Febr. 8. Mulier 62 annorum robusta, scorbutica, vlceribus cacothetis tibiarum diu laborans, sensit per aliquot dies leuem catarrhum, heri post meridiem leuentem asperitatem in lingua sensit, et circa vesperam aliquem dolorem circa radicem linguae, qui subito locum mutabat, versus apicem linguae tendens, hac nocte lingua intumuit plurimum; quarta matutina vocatus, inueni febrem satis validam, cum pulsu pleno, duro, linguam tumens

mentem, siccam apice versus palatum recuruato, sic, vt misero spectaculo, ingens quasi carnis informis frustum in ore appareret. Mens constabat satis, sed loquela, et deglutitio omnino impedita. Iussi ilico V. S. ad ℥. j. clyfma acre purgans.

Hora 8 matutina inueni omnia in eodem statu; iussi iterum clyfma tale applicari, cataplasma cum emollientibus et semina sinapi applicari collo, interimque vapore aq. calidae continuo applicato foueri partem, lingua dura erat valde.

Hora prima inueni pulsum iterum valde durum et plenum, aliquid fortioris percipiebam in halitu, iussi iterum ℥. j. sanguinis detrahi, cum prior eductus validam crustam phlogisticam haberet, foueri linguam continuo, et illiniri melle rosar. diamor. cum aliquot guttulis sp. sal. marini, et paucio sale ammoniaco.

Hora quinta inueni sanguinem phlogisticam crustam densam habentem, lingua mollior apparebat, et minus tumida, et incipiebat humescere, loquela incipiebat redire, febris louge minor, pulsus mollior, apex linguae in sinistra parte habebat aliquem locum protuberantem. leuiter, et dolentem.

Hora octaua vespertina omnia multo meliora.

Febr. 9. Nox satis commoda, febris vix vlla, lingua detumescit, humida, ad latera quasi parum exesa, et sanguinolenta apparuit. Perrexi in similibus.

10. Omnia meliora, in linguae dorso incipit crassa crusta secedere, febris nulla. Dedi infus. fl. samb. alth. cum melle rosar. et sp. sulph. per camp,

Febr.

Febr. 11. Omnia satis bona, sed tamen hodie leuis febricula adesse videtur. Dedi similia.

12. Nox bona, febris nulla, lingua detumuit. Dedi eadem.

13. Post meridiem dixerunt febricitasse, nunc bene se habet. Dedi similia. Sanata fuit perfecte.

*Febris quotidiana.*

Aug. 3. Annorum 38 tenera, et doloribus cardiacis molestissimis saepe vexata antea, incepit die 29. Iulii vesperi febricitare, et postea dicit se quotidie similem accessum vesperi sensisse. Die lunae vomuit bilem aeruginosam, dolor capitis, qui intensus erat, parum inde leuabatur, tamen adhuc dolor capitis adest, toto hoc tempore vix dormiuit, aluum deposuit hodie. menstrua iam fluunt, sed et ante octiduum fluxerant, respiratio bona, lingua parum siccior, appetitus languet, sitis aliqua. Dedi rob. ribes. samb. syr. citri, sp. aq. samb. mellif. sp. sulph. per campan.

4. Heri ter, hodie mane 5 aluum deposuit argillaceam, olidam, febris continua adhuc, insomnia turbulenta, lingua fere vt heri, nisi quod aliquid fusci in lingua appareat, vrina parca, turbida, nox incommoda. Dedi rob. ribes. samb. syr. rub. idaei, nitrum, aq. mellif. fl. samb.

5. Menses cessant, quinquagesies aluum deposuit ad minimum, vt dixit et aegra, et custos eius; heri vesperi febrim auctam fuisse dicunt, non dormiuit fere hac nocte, pulsus fortior, febris nunc minor, respiratio bo-

na, lingua fuscam crustam iam secedentem, et humidam habet. Dedi gratum emulsum cum diacod. ℥j.

Aug. 6. Menses fluunt, nox incommoda fuit, aluum non deposuit, febris maior, respiratio utcumque maiori cum molimine fit, habitus proiectus in dorso decumbens. Dedi decoct. bardan. gramin. scorzoner. cum nucleis cerasorum contusor. ℥j. nitr. fyr. rub. idaei, succi citri.

7. Lingua siccior, pulsus celerior, aluus stricta, dormiuit subinde, sed sine sensu refectionis, menses cessant, mens constat, respiratio ut heri, sitis, habitus proiectus, tremores quandoque sentit per totum corpus, vrina subturbida, mirum habens odorem. Dedi simile decoctum, ut heri, sed minus acidum, quia inde molestiam sensit.

8. Dormitabunda tota nocte fuit, habitus projectus, febris satis intensa adhuc, lingua sordida quidem in medio, sed humidior, sexies aluum deposuit viridem, olidissimam, oculi satis nitidi, et viuaces adhuc, tremit, dum apprehendit aliquid manu, respiratio parum brevior, vrina rubra, sed talis coloris, quem vrina habet, dum incipit putrescere, vel saltem illuc disponi. Dedi aq. citri, aurant. sp. nitr. dulc. tinct. contraieru. diamor. Nicol. superbibendo emulsum ex amygd. dulc. amar. hordeo, femin. cucum. etc.

9. Perit hodie mane circa quartam.

*Synochus putrida.*

Aug. 7. Annorum 49 femina per 8 dies iam laborauit febre continua, die 5 vrina subturbidula mirum odorem habebat, moschum perfecte redolentem, sic et heri, sed minus, et hodie. Sentit quandoque miram anxietatem, et instans quasi animi deliquium, dein aluum deponit cum leuamine, putridam, viridi fuscam. Sitis ingens, debilitas magna. Dedi decoct. scorzon gram. cerafor. matur. contusor. etc. cum succo citri, vino. Stigmata rubra in manibus.

8. Febris vt ante, respiratio vt ante, oculi nitidi, habitus proiectus, vrina non habet illud moschatum, sed subfusca, aliquid crassi, nebulosi circa fundum habet, sitis magna, dicit, quod se circa cor (sic se solebat exprimere) melius sentiat, aluus stricta. Dedi decoct. tamarind. gram. scorz. cum sale polychr. rob samb.

9. Aluus stricta. pulsus celerior, vrina vt heri, debilitas maior. Dedi eadem.

Vesperis: febris non maior, lingua parum humidior, aluus stricta adhuc, oculi boni, circa cor se bene habere dicit. Iussi clystima, et dedi emulsum gratum nitrosum.

10. Clystima feces flauas, spumosas eduxit foetidas, nox modica fuit, saltem non peior, quam ante, lingua humidior, febris potius minor, mens constat, oculi boni et viuaces, lintea mutauit. Perrexi in iisdem.

Vesperis: singultus leuis, febris vt hodie mane, lingua humida, oculi boni, vrina minus obscura. Vinum sumserat, perrexi in iisdem.



Aug. 11. Nox modica fuit, sed infomnis fere, febris auctior, vrina minus fusca, lingua humida quidem, sed aphthosa, deglutitio molestior, loquela difficilis. Dedi emuls. auenaceum cum melle.

Vesperi: aphonos fere iacet, habitus proiectus, reliqua eadem. Perrexi.

12. Aphonos, oculi tamen boni, habitus proiectus, gangraena circa os coccygis, deglutit oblata, febris intensior, aluum non deposuit, nox infomnis, subinde praedolore eiulat, vires proiectae. Dedi decoct. auen. c. melle, syr. alth. vino, calor tamen ad extrema vsque, os aphthosum. Clyisma dedi.

Vesperi: clyisma feces et vrinam duxit, feces flavescebant; subsultus tendinum, aphonos iacet, subinde eiulat, dolorem testans, febris vt mane. Dedi emulsium cum nitr. syr. alth. melle.

13. Omnia peiora. Perit hodie hora secunda post meridiem.

### *Acuta continua:*

Sept. 5. Vir 35 annorum bonae temperiei August. 30 incepit aegrotare in itinere, quod susceperat in Zealandiam, lassitudinem spontaneam sensit, febrim postea, perrexit tamen, et festinauit, vt domum redire posset. Hodie mane reducem inueni febricitantem satis valide, dolebant omnes artus valide, dolebat circa nucham et circa frontem, facies tensa, rubra admodum; iussi V. S. et dedi decoct. ex tamarind. rad. gran. bard. scorzon. etc.

Aug 6. Dolor artuum adhuc adest, dolor capitis minor parum; febris minor, vrina flammea, bis aluum deposuit, vomiturit. Dedi rob samb. ribes. nitr. aq. fl. samb.

7. Nox incommoda, febris mitior videtur, nauseat admodum, os amarum, vrina flammea cum nubecula, dolet caput adhuc, aluum non deposuit. Dedi vomitorium ex ipecacuanha cum debito regimine, et dein gratum emulsum cum diacodio.

8. Vomuit amara, biliosa, bis aluum olidam viridem deposuit, circa quintam vesperi peius se habuit, iam parum melius, sed tamen proieclae vires sunt. vrina minus flammea, febris leuis, minor anxietas circa praecordia, lingua fordida. Dedi decoct gramin. bard scorzon cum rob ribes. samb. sale polychr. aq. cinnamomi.

Vesperi: anxius est. et videtur circa praecordia esse illa anxietas, febris maior. Dedi diacodium.

9. Febris auctior, vrina non adeo flammea cum nubecula, lingua fordida. Dedi idem decoct.

Vesperi: febris parum auctior, lingua sicca, polita, nigram, crustam habet, mens constat omnino, vrina flammea nubeculam subsidentem habet. aluum non deposuit. Dedi gratum emul. cum diacodii  $\zeta$  j.

10. Febris mitior, nox modica fuit, anxietas nunc adest magna, ob oris siccitatem: vrina minus flammea cum nubecula. Dedi decoct. auen. scorzoner. cum syr. rub. idaei, nitro.

11. Nox incommoda, leuiter delirat. anxietas magna, aliquid leuaminis habuit, dum aluo deposuit materiem fusco-

fusco-viridem, aequabilem, sinceram (nam vbique perfecte eadem apparebat) olidam admodum, lingua vt heri. Febris parum minor; quam heri vesperi. Dedi rob ribes. samb. sal. polychr. aq. cort. citri, sp. nitr. dulc.

Vesperi: aluum similem deposuit, vt dicunt: vrina nubeculam suspensam habet, non assumpsit medicamenta, iuili pergere, febris eadem, anxietas adfuit, antequam aluum deposuit.

Sept. 12. Nox in initio inodice quieta, postea deliravit, febris non est maior, anxietas iterum, simili materia per aluum deposita leuata, lingua sicca, nubecula in vrina subsedit. Heri vrinam diu retinuit. Dedi emulsum nitrosum.

13. Heri aluum deposuit olidam, satis copiosam, sed dixit aegri vxor, non adeo sinceram fuisse, sed ramenta intermixta habuisse, febris heri mitior, somnus aliquis cum leuamine, nox fuit melior, plus potauit, febris minor, vrina sanæ similis colore, nubeculam habet, lingua parum humidior, mens constat. Dedi mixt. ex rob sambuc. ribes. sal. polychr. cum aq. citri.

Vesperi: aluum semel deposuit, sed sincerum, fusco-viridem, olidam, quam vidi. Febris minor, pacatus dormiebat.

14. Hac nocte molestius se habuit, sed mane dormiuit, febris minor, vrina parum coloratior sana, cum nubecula, lingua sordida, et adhuc sicca, semel aluum deposuit, flatus emisit cum leuamine. Dedi decoct. aperiens cum rob ribes. etc.

Sept. 15. Heri modicę se habuit, nox satis quieta, aluum semel depofuit fusco-viridem, olidam, vrina vt heri, febris nulla, pulsus et respiratio bona, mens parum vacillat, tamen ad interrogata bene respondet, calor aequabilis ad extrema vsque, lingua sicca in medio, et crassam crustam nigram habet, quae pertinacissime adhaeret linguae apici, et haec attacta dolet lingua. Dedi victum pleniorē, et acidum gratum cardiacum cum decocto panis, cum vino, quod et ante dedi.

16. Heri modice se habuit, nil comedit, sed decoctum panis potauit, hac nocte circa 11. incepit angere, frigere toto corpore, rigere; postea vomuit pituitam tenacissimam, quam ex gula vxor extrahere debuit, postea sudauit; inueni toto corpore humidum, calidum, lingua sicca tamen, vrina tenuis. Dedi infus. assafras, fanatal. citrin. rob samb.

17. Modicę se habuit, non sudauit, debilitatem sensit, pulsus aequabilis, non febrilis, lingua minus fordida, vrina sanae similis. Dedi tinct. contraieru. aq. citri, syr. citri, ius carn.

18. 19. Pergit se satis bene habere.

20. Parum moleste se habuit, vrina flammea est, febris tamen nulla. Dedi purgans.

21. Melius se habet, vrina adhuc flammea, febris nulla, nox pacata, reliqua omnia bona. Dedi mixt. ex sale polychr. rob ribes. samb. aq. meliss.

22. Aluum depofuit, nox modica, appetitus languet, vrina minus colorata, panis nondum sapit, febris nulla, lingua humescit, eiusque fordes soluuntur, incipit dolere

dolere crus dextrum, et dum tangebam, nullum tumorem percepi, sed cum satis emaciatum esset, preimens locum inter tibiam et fibulam medium, doloris augmentum percepit. Foment. applicui ex aq. lacte, sapon. vén. et mixt. ex nitro, lap. 69. fyr. alth. aq. samb.

Sept. 23. Urina minus flammea, vtrunque iam crus occupat similis dolor, febris nulla, dormiuit bene, appetitus languet. Dedi tinct. myrrh. aq. citri, fyr. 5 rad. postea breui euauit dolor ille lenibus antiscorbuticis datis, et perfecte conualuit.

### *Variolae.*

Oct. 11. Iuuenis 20 annorum sanus, bonae temperiei, pustulas rubras in facie habens, fere semper incepit heri vesperi male se habere, hodie mane tamen exiuit, sed postea tota die languit. Vesperi inueni leuem febriculam. Dedi nitr. rob samb. sp. sulph. per camp. aq. samb.

12. Cum nausearet, lingua parum fordida videretur, vix febris adesset, (surrexit enim.) aluus strictior esset; dedi mixt. ex rhei dr. β. scam. fyr. rhei, quam paulo post euomens, iterum similem sumsit. Inde commode aluum deposuit satis magna copia. Vesperi leuis febricula, inceperunt quaedam stigmata prodire in facie, sed dubium videbatur, cum facies pustulosa foret.

13. Prodeunt plures. Balnea pedum iussi. Dedi diluentia, nitrosa, epispastica.

14. Nox satis commoda, aluum adhuc deposuit, leuis capitis dolor, prodeunt satis numerosae, circa ho-

ram nonam narium haemorrhagia satis profusa fuit, numerosae prodeunt, paruae, planae, contiguae, et frequenter confluentes, febris nulla. Balnea pedum.

Oct. 15. Aluum saepius tenuem,OLIDAM deposuit, febris nulla, nulla anxietas. Dedi similia, potum tenuem.

16. Nox insomnis, febris vix aliqua, omnia bene procedunt, potat large. Dedi eadem, aluus stricta.

Dedi vesperi diacodiatum: aluus stricta, lingua sordidior.

17. Nox pacata, febris leuis, respiratio bona, aluus stricta, anxietas nulla. Perrexi in iisdem.

Vesperi: diacodiatum; incepit tumere facies, lingua vt heri.

18. Nox bona, febris modica, tumet facies, suppurantur plane, interstitia rubra, anxietas nulla. Perrexi in similibus, et vesperi diacodiatum.

19. Aluum paucam, duram deposuit, febris aucta, interstitia rubent, tenax pituita, molesta in faucibus, perrexi in iisdem. Vesperi anxius erat admodum, licet diacod. sumsisset, lingua ficcior.

20. Nox molesta, anxietas; iactatio, interstitia rubent, circa nasum et mentum apparent siccae variolae, febris valida, lingua siccissima. Iussi clystima, et diluentia. Circa meridiem inueni omnia peiora, clystima nullas feces eduxerat, interstitia variolarum rubent, sed flaccidae apparent pelliculae. Dedi haustum ex manna, cichor. syr. anxietas pergit, febris intensa, leue delirium hinc inde, calor fortis ad extrema vsque, hora prima stertit

apoplecticus penitus, cum capitis iactatione. Post dimidium horae calidus ad extrema usque, moritur.

### *Tetanus.*

Octobr. 26. Sana, et optimae temperiei virgo annorum 30, odontalgiae frequenter obnoxia, 18 huius mensis mane surgens vidit sinistram faciei partem parum magis tumidam, palpebras oculi sinistri fere collapsas, angulum labiorum eiusdem lateris sursum tractum, ceterum bene se habens, nihil mali suspicabatur. Post triduum me conuenit; menses ante aliquot dies prodierunt, et solito copiosiores quidem, mens constabat optime. Iussi V. S. purgans autiphlog. validum; his factis, omnia eadem mansisse dixit. 24 huius inueni iacentem in lecto, mente constantem, facies minus retracta, palpebrae minus collapsae, sed insolitam rigiditatem ceruicis sentit, et difficilem maxillarum diductionem. Iussi V. S. iterum, empl. melilot. mucag. collo et ceruici applicui, decoctum ex emollientissimis dedi. 25 omnia eadem, sed os magis clausum, febris et hodie, et heri aderat, vrina subsederat albo, copioso sedimento. Dedi ol. amygd. fatis magna copia, et hydrogalam, mens perfecte constabat, facies minus retracta. Hodie omnia similia, sed ad os sacrum usque rigescit dorsum, dum in lecto erigitur debet vi retineri, aliter retrorsum illico cadit, ceruix tensissima, maxillae clausae, anxietas hac nocte, sensitque ex abdomine ad gulam usque aliquid ascendere, in pedibus et manibus incipientem rigiditatem sentit.

Oct.  $\frac{27}{9}$ . Febris vt aute, maxillae clausae, facies adhuc vultuosa apparet, vrina subsedit satis copioso sedimento, dicit se mandueaturam, modo os diducere posset, eadem rigiditas in collo, et dorso, manus et pedes tamen mouet. Dedi decoct. ex emoll. cum semin. papau. perfricari iussi oleo, omnia rigida, mens constat perfectissime.

$\frac{28}{10}$ . Subinde mirum motum in abdomine sentit, et anxietatem, pulsus adhuc febrilis, vrina eadem, rigiditas eadem, mens constat perfecte. Dedi similia, et emplastrum ex gum ammon. pedibus applicui non potuit multum de medicamentis sumere quia os pertinacissime clausum manet.

$\frac{29}{11}$ . Deltoides muscoli vtrique rigere incipiunt, et iam aliquem rigorem senserat, facies adhuc vultuosa, sinister oculus parum clausus a huc est. simul ac tantum loquitur, ex abdomine mirus motus ad cardiam ascendit, dum dormituri trahuntur conuulsiuo modo manus, et rotantur oculi, tunc cum clamore euigilat, vrina non subsedit, febris vt ante fere, aluus stricta. Dedi mannam cum nitr. aq. flor. tiliae.

$\frac{30}{12}$ . Ex medio abdomine mirus motus superiora versus tendit, leuamen sentit dum comprimitur abdomen, incipiunt humeri, brachia, et femora vtcunque rigescere, mens constat perfectissime, aluus iam per 8 dies stricta fuit, febris, sed non nimis magna, caput heri doluit; iussi clyisma laxans, et dedi mixt. ex sp. croci, syr. rhei, aq. rutae, empl. applicui vmbilico ex galbano, et asa foetida: os clausum.



Oct.  $\frac{31}{14}$ . Clyfina quater cum leuamine feces eduxit, motus in abdomine fentitur, tenfio minor in nucha, nox inquieta fuit, fimul ac dormiturire incipit, euigilat cum magno terrore, et linguam fe momordiffe dicit, fauces magis impeditas fentit, vnde et difficiliter deglutit, os aperire nequit. Dedi fp. croci cum fyr. 5 rad. aq. rutae.

Nou.  $\frac{1}{14}$ . Vrina craffa, brachia liberius mouet, vti et collum, dum dormit, maxillae diducuntur, aluum non depofuit, appetitus fatis bonus fuit, melius potare potuit, tenfionem in abdomine femel tantum hac nocte fentit, dormiuit bene, fed cum terrore euigilat, et videtur in omnibus melius fe habere. Dedi eadem.

$\frac{2}{15}$ . Omnia fere eadem funt, perrexi.

$\frac{3}{16}$ . Heri parum moleftius fe habuit, hac nocte nimirum in abdomine motum fentit cum anxietate fumma, fed abfque dolore, in inguinibus tamen dolorem dilacerantem fentit, totum corpus tetano obrigit, nunc tamen crura parum melius mouere potest, et diducit parum maxillas, in lingua puncta alba, dolentia funt, facies vultuofa, aluus ftricta. Dedi fyr. rofar. cum fenna, aq. rutae, fal. polychreft.

$\frac{4}{17}$ . Vrina craffa, feditentofa, fed olida, febris minor, lingua dolet, reliqua parum meliora videntur, femel aluum depofuit. Dedi fuccum femperuiui cum fp. fal. marin. melle rofar.

$\frac{5}{18}$ . Omnia eadem fere. Perrexi.

$\frac{6}{19}$ . Febris fatis fortis cum pulfu pleno, respiratio bona, cutis madida, nox minus inquieta, ingens tamen fpinae totius rigiditas manet, fic, vt fumma vi a binis

mulieri.

mulieribus, truncus in lecto eleuari debeat, et repetitis quasi nixibus anterieus flecti, sed absque dolore tamen, maxillae adhuc clausae: illas tamen parum, ciducere valet, mens semper constat perfectissime, manus et pedes mobiles, capite annuere, et abauere valet. Dedi decoct. emolliens.

Nov.  $\frac{7}{25}$ . Heri aluum crassam, copiosam, figuratam deposuit, comedit satis bene sed tantum liquidos cibo, mens constat de nocte anxia fuit, dum dormit, oculi mouentur facies distorquetur, motum in abdomine sentit, et prurium per totum corpus et in inguinibus dolorem dilacerantem sensit. Dedi residuum medicam hellebri, et mixt. cum sp. croci, febris vt ante, vrina subsedit.

$\frac{8}{21}$ . Nox bona, febris mitior, linguae dolor fere euauit, crura mouet optime, in abdomine nullae turbae, sed dolorem in dorso iam sentit, appetitus bonus, vrina subsedit. Dedi syr alth aq. rutae, tinct succin.

$\frac{9}{22}$ . Quonia fere eadem, sed circa praecordia molestum dolorem sentit, qui ad dorsum vsque recta pergit, ad eandem altitudinem. Dedi omni trih. gtt. xv. ol. vitrioli dule. Hofmann.

$\frac{10}{23}$ . Melius se habet, maxillae tamen clausae, sed nunc sentit totum dextrum spinae latus rigidum ad pedes vsque, sinistruum latus non; reliqua omnia meliora, vrina sedimentosa vt ante, febris vt ante; dolor circa praecordia euauit. Dedi idem.

$\frac{11}{24}$ . Febris vt ante, heri satis bene se habuit, sed circa vesperam dolor lumborum, rigiditas in dextro spinae latere tantum, pedes, crura, femora bona, et mobilia;

maxil-

maxillae clausae, dolor ille lomborum ad humerum dextrum usque porrigitur, leuamen doloris, dum premitur abdomen, non dormiuit aliquot noctibus. Dedi aq. rutae. tinct. succin castor. diacod.  $\bar{3}$ j.

Nov.  $\frac{12}{27}$ . Melius dormiuit, maxillae plus diducuntur, aluus stricta, febris v. heri. tensio minor dextri lateris spinae, sed torporem et stuporem in hac parte sentit.

$\frac{13}{27}$ . Febris longe minor, nox pacata fuit, sed dum euigilat, rigidum corpus sentit, in sedili potuit erecta sedere, vrina sana, stupor in dorso, aluus stricta. Dedi leue purgans.

$\frac{14}{27}$ . Aluum 4 deposuit. febris vix vlla, vrina sana, os melius diducere potuit, reliqua eadem. Dedi aq. rutae, tinct. succin syr. artemis.

$\frac{15}{27}$ . Omnia eadem. Perrexi.

$\frac{16}{27}$  Heri 3, aluum figuratam deposuit cum leuamine, vrina sana, febris nulla appetitus bonus, os diducit. linguam exserit sed haec tumida est et ad latus quasi vt cerasa sentit, ac si funiculi minimi dissilirent in dorso, sed sine dolore. Dedi pilulas gummosas.

$\frac{18}{37}$ . Sensim meliora omnia, manducat solidos cibos.

$\frac{20}{37}$ . Sensim omnia meliora.

$\frac{24}{37}$ . Sensim omnia meliora.

$\frac{28}{41}$ . Incedit per domum ante biduum sexies aluum deposuit cum leuamine multo, optime sana. Reliqui.

*Constitutio anni 1742.**Ianuaris.*

Aegri satis numerosi.

*Acutae continuae* adhuc adsunt satis numerosae.

*Diarrhoeae* hinc inde.

*Catarrhi* numerosissimi.

*Rheumatismi* satis frequentes.

*Anginae* hinc inde, sed faciles.

*Pleuritides* satis frequentes.

*Variolae* adhuc pergunt, tres puellios curati, iuuenem aduultum, et puellam 14 annorum, qui vltimi laborabant confluentibus, et puellam 25 annorum mitissimas habentem omnes.

Plures, prouectae imprimis aetatis, morbis chronicis diu conflictati, moriebantur.

*Februarius.*

Numerus aegrorum minor.

*Febres continuae acutae* fere desinunt, puellam curauit, quae periit, et iuuenem 12 annorum, qui euasit.

*Catarrhi* satis frequentes cum febre leui comite, sed tamen faciles, curauit sex viros, octo mulieres.

*Rheumatismi* hinc inde, sed minus frequentes.

*Anginae* sed satis faciles hinc inde.

*Pleuritides* paucae.

*Tertianae* incipiunt vernae, faciles; tres aduultas mulieres curauit.

*Vario-*

*Variolae*, unicum puellum tractavi. Audiui tamen, hinc inde in vrbe adhuc aliquos laborare.

*Martius.*

Numerus aegrorum vt praeterito mense.

*Febres acutae continuae* adsunt, satis frequentes, in plerisque ante morbum, et in morbi initio stricta fuit aluus, quibusdam levis dolor pectoris aderat, sed breui euanidus, nec inflammatorius. Dum in plethorica V. S. non erat sanguis pleuriticus; bis vidi primis diebus tertianae typum habuisse.

In multis dolor capitis aderat, lingua sordida, nigra, cum sapore fastidioso, aluus sponte vel arte, olidissima nigra deposuit, urinae plerumque turbidae et crassae, flavescentes, in quibusdam in initio sedimentum deponabant, postea crassae et turbidae, sed illi perierunt. In primis, si fusca urina, et adhuc calens ilico, turbaretur, et maneret talis. Surditas, deliria, tendinum subsultus aderant aliquando, balbutiebant etiam saepe, aphthae circa finem morbi albae, sparsae, salutares, circa ἀκμὴν fuscae, nigrae lethales; in viro qui sexta die perit, aderat iactatio corporis, bullae nigrae in lingua, et ultimo biduo inflatis buccis aerein efflabat, habitu corporis proiecto, plures 6 die perierunt, alii 9 die, raro serius, post 14 diem euadebant fere omnes.

Profuit eductio saburrae corruptae per clysmata, tamarindos, crem. tart. etc. vomitorium dedi sine successu, potus copiosus acescentium, dein grata cardiaca ex spirit. dulc. tinct. contraieru, succo citri, emulsa farinosa, victus

vielus similis. Vidi profuisse ol. vitriol. dulce ad gutt. xv. omni trihorio.

In initio saepe fallaci lenitate decipiebant incautos. 10 tractaui, 7 mulieres, tres viros. Perierunt binae mulieres.

*Anginae* fatis benignae, quaedam tamen suppurabantur.

*Tertianae* incipiunt fatis faciles. Dolores rheumatici hinc inde.

*Pleuritides* rarae.

*Dysenteriae* hinc inde.

*Variolae*, vnicam puellam tractaui, quae discretis mitissimis laborauit.

#### April.

Aegri modici numero.

*Acutae continuae* plures, et magis funestae, ego tamen 9 tantum tractaui, 5 mulieres, et puellam 5 annorum, binae mulieres perierunt, vti et puella, puerum tractaui, qui euasit, et binos viros, qui perierunt, vnus 6 die, alter densissimis aphthis in fine morbi suffocatus.

*Anginae* paucae.

*Tertianae* plures longe, sed faciles, 4 vel 5 paroxysmo pustulis nares, labia, linguam, aut palatum occupantibus euasidae.

*Variolae*, 4 iuniores curaui, binos pueros, et binas puellas.

*Ophthalmiae* hinc inde fatis acres, primo vnum, dein vtrumque oculum occupantes.

*Maius.*

Aegrorum numerus vt praeterito mense.

*Acutae continuae* pauciores, et parum benigniores, tres puellas curavi, quae euaserunt, et iuuenem, qui similiter euasit.

*Tertianae* praedominantur, 9 mulieres adultas curavi, et binas puellas, vnā 3 annorum, alteram 8 annorum, 9 viros adultos, et puellum vnicum, erant satis faciles, in senioribus tamen tardius sanabantur.

*Anginae* hinc inde, sed satis faciles.

*Morbilli* incipiunt grassari, sed iuniores tantum occupant, hinc inde in adultis vidi similem eruptionem, sed vix vllis symptomatibus stipatam, neque decumbebant.

*Dysenteriae* hinc inde.

*Ophthalmiae*, sed rarae.

*Pleuritis* hinc inde.

*Iunius.*

Aegrorum numerus adhuc modicus manet.

*Acutae continuae* manent, satis funestae iam, licet non adeo numerosae. Vidi in initio satis mites, et tertianae typum seruasse, in puella sic laborante bis purgans datum fuit in initio, et insignem copiam putridae materiae eduxit, continua tamen facta febris, delirauit, conuulsus fuit, periit 11. die. Toto morbi decursu olidissima aluo deposuit, et paulo ante mortem abdomen intumuit immaniter. In alia vidi puella febrim statim continuam cum dolore capitis ingenti, leuamen a V. S. tota cutis tertia die rubebat, olidissima aluo deposuit. Delirauit,

ravit, 11 die fudor copiofus, febris inde minuebatur, pergit aluum olidam deponere, 14 die conualuit.

In aliis aphthae denfae fub finem morbi, quibus aliquando fuffocabantur.

*Tertianae* fimiles, 13 curauit, 7 adultas, et puerum 8 annorum, 5 mulieres, quibusdam eryfipelas, fecundum Sydenhamum phlyctenae aderant, in fingulis paroxyfmis prioribus diutius durabant.

*Morbilli* fatis numerofi, et in fine diarrhoea debilitans aderat aliquando, et inde quidam peribant, euadebant plures, vnicam adultam tantum puellam curauit, cuius cafum vide t. 4. et in puerpera vidi fimile quid, quae etiam euafit, reliquae erant iuniores.

*Variolae* vnicam puellam tractauit vnus anni, quae periit, foror eius, dum illa decumbebat, morbillis correpta fuit in eadem domo, et euafit.

*Anginae* rarae.

*Pleuritides* hinc inde.

*Dysenteriae* hinc inde.

*Iulius.*

Numerus aegrorum paruus, imprimis circa finem menfis.

*Acutae continuae* minores numero, fed funeftae: Quatuor curauit, tres viros, vnam mulierem, ex illis vnus tantum vir euafit. Funefta ad cerebrum metaftafis.

*Tertianae.* Octo viros adultos curauit, quatuor mulieres adultas.

*Quartanae* hinc inde, fed rarae.



*Morbilli* grassantur numerosi, sed fere omnes euadunt: nullus periit mihi hoc mense.

*Petechiae.* Bis vidi in puella 11, et iuvene 19 annorum: illa satis diu decubuit, iuuenis autem in initio morbi delirauit, sed postea satis cito melius se habuit. Purpureae erant et caeruleae, per artus et truncum dispersae.

*Variolae.* Vnicam vidi puellam, discretis laborantem.

*Variolae spuriae, (steenpocken)* hinc inde. Secundo post eruptionem die iam siccabantur.

*Anginae* leues hinc inde.

*Dysenteriae* hinc inde et *cholerae*.

### Augustus.

Numerus aegrorum paruus.

*Acutae continuae.* Tres viros curauit, similes erant ac ante, vnus periit, aphthis densissimis 14. die morbi.

*Tertianae* minuuntur. Quinque viros adultos curauit, tres mulieres, puellam vnicam.

*Morbilli* minuuntur. Quatuor infantes curauit, euaserunt omnes.

*Petechiae.* Vnicam vidi mulierem, quae euasit.

*Variolae spuriae.* Vnicum puellum tractauit.

*Anginae* leues hinc inde.

*Pleuritides*, quatuor tractauit: binas mulieres, totidem viros. Vnus senex, ad quem sero vocatus fueram post sputa purulenta educta languit per aliquot septimanas, et periit.

September.

Aegri pauci.

*Acutae continuae* minuuntur. Virum et mulierem curavi.

*Tertianae* faciles, et numero minores. Quatuor viros adultos curavi, et puellam iuniorem.

*Morbilli* minuuntur. Puellam curavi, et vnicum puerum, qui diarrhoea à primo morbi decursu orta periit. In aliis tamen antea vidi diarrhoeam non adeo nocuisse.

*Petechiae*. Vidi in iuvene 14 annorum, qui euasit. Caeruleae erant.

*Variolae*. Binas puellas curavi, vnam 14. alteram 17 annorum. Euaferunt.

*Pleuritides*. Adultum curavi, qui 7. die sudore critico sanatus, et mulierem, cuius decursum hoc mense habeo.

*Diarrhoeae* hinc inde. Vnam vetulam curavi, quae periit.

October.

Aegri parum plures.

*Tertianae* paucae. Binos viros adultos curavi, vnicam foeminam.

*Morbilli*. Tres puellas curavi, quarum vna periit.

*Variolae*. Vnicum puerum vidi.

*Diarrhoeae* raras.

*Anginae* plures, sed faciles. Tres viros, duas mulieres curavi.

Rheu-

*Rheumatismi* hinc inde.

*November.*

Aegrorum numerus vt praeterito mense.

*Anginae* praedominantur, sed faciles. Tres viros adultos, quatuor foeminas curavi.

*Rheumatismi et catarrhi* satis multi.

*Erysipelas* hinc inde.

*Variolae* augentur, sed satis boni moris. Vidi tantum in iunioribus.

*December*

Aegrorum numerus parvus.

*Anginae* hinc inde.

*Rheumatismi* pauci: *catarrhi* frequentes.

*Diarrhoea* hinc inde.

*Variolae* satis boni moris. Vnicam adultam vidi, quae euasit. Iuniores reliqui omnes, et euaserunt.

*Febris putrida.*

Mart. 16. Annorum 52 sanguinolentae temperiei per aliquot septimanas de tussi, non admodum molesta tamen, conquestus, incepit die 12. aegrotare, absque feбри vllius momenti; vrina primo sanae similis, postea sequentibus diebus crassa, et sedimentosa fuit. Die 15. caput dolet, quasi hebes sentiebatur, et minus bene audiebat. Dedi decoct. 5 rad. cum sale polychr. die 14 iussi balnea pedum et simile remedium, sed dum in balneo erat, sensit dolorem capitis subito euanescere, et crus dextrum occupare, incepit aluo magis olida depo-

ner. 15. dedi pil. Ruffi gr. xv. cum nulla febris adesset fere, atque inde copiosa, nigra, foetida deposuit, dicunt minus apte ad interrogata respondisse. Dedi tunc mixt. vesperi ex ℥j. diacod. sp. sulph. nitro. Nox sequens fuit incommoda, sed aiunt, a minimo morbo delirare solere, aluum olidissimam deposuit in lecto, pulsus bonus, respiratio aequalis, lingua humidior, minus sordidus est, corpus dolet conquassatum, lingua satis humida, et nitidior, sitis multa, iactatio frequens in lecto. Dedi pulp. tamarind. cum cryst. tart., superbibendo decoct. gram. scorzon. cum nitro, rob sambuc.

Vesperi: aluum nigram, meracam, tenuem, olidam deposuit ter, pulsus apparet magis febrilis, lingua modice sicca, non sordida; videtur parum hebes, actiones vitales bonae, iactatio in lecto, nullibi dolet. Perrexi in iisdem, epispastica pedibus applicui, oxyceratam fronti, facies non turget.

Mart. 17. Nox incommoda; incredibilem copiam viridis nigrae materiae olidissimae et tenuis aluo deposuit, pulsus debilis, non multum febrilis, lingua sicca, vrina turbida. Dedi tinct. cinnamomi, contraieru. diamor. Nicol. rob ribes. aq. citri, sp. nitr. dulc. magna copia, superbibendo emuls. auenaceum, cum amygd. dulc. et amaris. Surdus utcumque est, nec potest verba bene connectere.

Vesperi: aluum non deposuit, pulsus debilis, potest se erigere in lecto, et iuris carniū aliquot cochlearia cum acetosa cocti comedit coram me. Intelligit loquentem,

quentem, et aliquando satis apte respondet, neque potest tamen verba connectere. Perrexi in iisdem.

Mart. 18. Nox fuit utcumque pacatior: habitus proiectus, pulsus debilis, respiratio satis bona, oculi vegeti adhuc, loquentem intelligit; deglutitio molestior est. Vidi apthas incipientes fuscas in faucibus et lingua: aluum non deposuit, vrina fusco-rubra cum nubecula, sputa tenacia, respiratio satis bona. Dedi decoct. auen. scorzon. gram. syr. citri, rob ribes. samb.

Post meridiem vidi omnia eadem, perrexi. Vesperi dedi sp. nitr. dulcem fragrantissimum, propria arte paratum, magna satis copia sumendum, cum potu molli, et omni quadrihorio  $\zeta$  iij. iuris carn. cum succo citri.

19. Nox modica fuit, pulsus parum insurgit, tres bullas nigras circa apicem et latera linguae vidi, lingua videtur parum humidior, aluum non deposuit, sed urinam in lecto dimisit; intelligit loquentem, sed difficiliter respondet. Dedi sp. nitr. dulc. in potu, et mixt. ex aq. rut. syr. citri, tinct. contraieru.

Post meridiem inueni omnia fere eadem, sed lingua humidior erat, et pulsus videbatur parum insurrexisse; perrexi in iisdem; efflat aerem inflatis buccis vi satis magna.

Vesperi: omnia peiora, respiratio difficilior, efflat aerem ut ante, pulsus debilis, celer, corpus rigidius, calor tamen ad extrema usque. Dedi diluens nitrosum decoctum.

Periit circa undecimam.

*Acuta continua.*

Mart. 21. Annorum 37. scorbutica, strictioris parum temperiei, incepit dolere capite, quo saepius solebat affligi. - Die 17 et 18. parum languit, die 19 menstrua prodierunt; heri 12 aluum nigram, olidam, deposuit, nox satis bona fuit, vrina flauescens, turbida, subsidens parum, nullibi dolet nisi caput, et inprimis dum tussit; respiratio bona, lingua satis nitida, ficcior. Dedi sp. nitr. diamor. Nicol. rob ribes. aq. melissae.

22. Dormiuit heri fere tota die, et hac nocte, respiratio bona. calor aequabilis, pulsus febrilis, nec celerior tamen, aequalis, oculi nitidi, lingua satis humida, aliquid flauedinis habet, lac ebutyratum comedit, aluum semel deposuit, satis olidam adhuc, sed minus tenuem, vrina coloratior sana cum nubecula. Dedi sal. polychr. sp. nitr. dulc. rob samb. ribes. aq. meliss.

23. Heri bis aluum deposuit hodie ter, nigram, tenuem, olidam, non admodum copiosam, nox modica, febris adhuc durat, lingua vt heri, dolor capitis valde molestus, sitis adest magna, appetitus paruus, heri non sitiuit. Dedi eadem.

24. Febris minor, respiratio parum magis anhelosa, profunde tamen respirare potest, calor aequabilis, lingua sicca, sitis modica, appetitus paruus, aluum nigram, olidam, heri saepius deposuit et tenuem, caput minus dolet, non dormiuit hac nocte; in manibus hinc inde stigmata rubra, apparent. Dedi decoct. auen. cum diacod. et acidis.

Mart. 25. Febris vt heri, respiratio vt heri, calor aequabilis, lingua humidior, aluum bis deposuit, non itaOLIDAM, nec nigram, tussis augetur, vrina subturbida, appetitus languet, caput non dolet, dixerunt, quod bi-duo, antequam aegrotaret, sudans a labore frigidissimam cereuisiam potauerit, atque inde riguerit. Dedi decoct. bard. alth. cum oxyin. simpl. et nitro.

26. Pulsus vt heri, respiratio vt heri: tussis minor, ouum cum appetitu comedit, sitis modica, aluum semel deposuit, minus nigram, solidam, sonitum in capite ventri instar sentit, et leuem vertiginem, vrina turbida, flauescens, somnus bonus fuit. Dedi sp. nitr. dulc. sal. polychr. rob diamor. syr. 5 rad. tinct. conrai.

27. Pulsus modice febrilis, respiratio adhuc utcunque suspiriosa, tamen satis inspirare potest, et dicunt, illam sic solere inspirare, dum aegrotat: tussis adhuc, sed minus molesta, mens constat, lingua humidior, sitis magna, appetitus fere nullus, aluum non deposuit, vrina colorator sana, cum nubecula. Dedi decoct. auen. syr. citri, rub. idaei, rob ribes. nitr.

28. Dormit bene, et plus fitit, semper somnolenta, euigilat tamen sine terrore, et mentis compos est, pulsus fortior, et parum minus febrilis, respiratio vt ante, tussicula hinc inde, profunde inspirat sine vlla molestia, lingua humidior, vrina parum colorator, crassam nubem in fundo habet. Dedi eadem, appetitus parum melior, aluus stricta.

29. Pulsus febrilis, respiratio adhuc vt ante, calor aequabilis, lingua nitidior, humidior, sitis modica fuit,

appetitus nullus, semel aluum figuratam deposuit, nulli dolet, vrina magis decolor, dormiuit bene. Dedi mixt. ex syr. fenn. sal. polychr. aq. melissae.

Mart. 30. Hac nocte olidissimis flauis fecibus lectum conspurcauit, heri se modice habuit, pulsus debilis, febrilis tamen, respiratio vt ante, lingua modice humida, appetitus languet, vel potius deficit, sitis modica fuit, vires magis proiectae, somnolenta adhuc. Dedi sp. nitr. dulc. tinct. cinnamomi, contrai. aq. meliss. cort. aurant.

31. Virés magis prostratae, memoria vacillat, respiratio vt ante, sed anhelosa parum, tussis vt ante, pulsus minus celer, neque debiliior tamen, calor aequabilis, lingua glutinosa crusta obducitur, et dentes et gingivae, et modice humida est, bis aluum parca copia deposuit, non tam foetidam, vrina alba, turbida, crassa, non subsidens.

April. 1. Heri tota die moleste se habuit, non dormiuit fere, tussiuuit multum, respiratio breuior, aliquis strepitus in pectore, pulsus minus febrilis nec debiliior videtur, lingua siccissima glabra, vrinam non dimisit intra 24. horas. Dedi decoct. gram. scorz. auen. cum semin. cucum. etc. forma emulsi cum melle.

Vesperis: in lecto vrinam dimiserat, reliqua vt hodie maue. Perrexi.

2. Vrina crassa, alba, turbida, parum dormiuit hac nocte, respiratio vt heri, pulsus minus febrilis adhuc, et satis fortis, lingua sicca valde et polita, ad latera linguae maior humiditas, et aliquid aphthosi apparet. Dedi mel cum syr. rhei, decoct. auen. aq. citri, vino, vitell. oui.

Apr.



April. 3. Heri perrexit eodem fere modo se habere; nocte praeterita parum dormiuit, pulsus melior, et minus celer, respiratio fere vt ante, tussiuuit; et videntur in pulmone glutinosa quaedam vasis aereis impacta haerere, lingua humidior, in tonsillis, genis internis, et labiorum angulis aphthae albae, in pharynge non. Comedit heri poma cocta, et lac cum appetitu, aluum bis deposuit maioris consistentiae, sitis minor. Dedi mel cum vitello oui, et decoct. alth. bard. gramin.

4. Febris fere nulla, dormiuit melius, respiratio vt ante, in faucibus cruditas, vrina subsedit, aluum non deposuit, lingua humidior, appetitus melior. Dedi eadem.

5. Febris modica adhuc, respiratio melior, appetitus augetur, sitis nulla fere, lingua humida, aluum non deposuit, somnus modicus fuit, vrina crassa, turbida, per 9 horas sine subsidentia steterat. Dedi oxym. cum sale polychr. aq. fl. samb.

6. Appetitus melior, lingua nitida, respiratio melior, febris nulla, pulsus satis fortis, dormiuit bene, aluum figuratam deposuit, sitis adhuc, vrina subsedit tenui sedimento. Dedi gratum acidum cardiacum.

7. Vrina subsedit bono, aequabili sedimento, febris nulla, appetitus augetur, solum pectus parum oppressum videtur.

8. et 9. Vt ante. Dedi infus. agrim, betonic. virg. aureae cum hydrogala et melle. Conualuit.

*Dysenteria.*

Mart. 21. Annorum 54 scorbatica die 16 pondus maius eleuauerat, atque inde in lumbis do'uit. 17 uesperi inueni lumbis acerrime dolentem et eiulantem, moventem tamen corpus, et flectentem, sine febris; applicui empl. aromat. et dedi decoct. emoll. 18 leuamen inde habuit, aluum saepe deposuit heri iam. ut dicit. Dedi eadem. 19 cum dolor lumborum mitior esset, et tormina ventris succederent, et osida aluo poneret dedi purgans ex rheo, et uesperi diacodiatum. 20 uidebatur inde parum melius habere, tormina tamen adhuc aderant, et ramenta, et sanguinolentas feces aluo deponebat cum leui febricula. Dedi mixt. ex bolo armena dr. iij. et diacod. tinct. cinnamomi, hodie uero cum omnia eadem essent adhuc, dedi purgans ex rheo et myrobal. citr. forma decocti.

Vesperi: aluum primo fuscam, nigram, dein sanguinolentam iterum deposuit, sputum tenue, limpidum, copiosum, febris nulla, pulsus bonus. Dedi diacodiat.

22. Vrina crassa, pauca, flauescens, nox modica fuit, dolet tamen abdomine et lumbis, quater aluum deposuit parca copia, ramentosam adhuc et rubram, lingua humidior, et flaua, eius crusta secedit, pulsus bonus, aequabilis, non febrilis. Dedi decoct. consolidae et pentaphylli cum  $\frac{3}{j}$ . diacod.

23. Heri de die se optime habuit, manducavit ius carniū, sed hac nocte tormina habuit, et aluum deposuit, sed crassiores feces erant, et figuratae, nec sanguinolentae.

nolentae. Febris nulla, respiratio bona, lingua nitidior. Dedi mixt. ex bol. armen. diacod. aq. fl. rhoead. tinct. cinnamomi.

Mart. 24. Omnia eadem. Perrexi in iisdem.

25. Heri se bene habuit, lecto exiuit, et in sedili mansit commode per aliquot horas, appetitus bonus, sed vesperi dolor lumborum aderat, et tormina, decies aluum deposuit, sed parca copia, satis figuratam, nequeOLIDAM, neque sanguinolentam, actiones vitales bonae. Dedi ol. amygd. cum vitello oui, diacod. aq. fl. rhoead.

26. Non deposuit aluum, tormina nulla, in omnibus se bene habet. Reliqui.

### *Acuta continua.*

Mart. 25. Mulier 33 annorum infantem 6 mensium lactans, pleni et sanguinei habitus die 22 incepit febricitare inueni febrim non admodum validam, vrina crassa, turbida, cum sedimento copioso admodum, lingua nitida, aluus per 6 dies stricta, sitis non magna, lingua humida. Dedi decoct. tamarindor. cum gramin. scorzon. rob sambuc. sal. polychr. facies et oculi rubri, dolor capitis ingens, hinc V. S. ad  $\frac{3}{4}$  viij.

26. Pulsus vt heri, modice febrilis, respiratio bona, leuamen statim a V. S. nec caput iam dolet amplius, lingua incipit fordescere, aluus stricta adhuc, ingesta saepe euomit, medicamentum retinuit, non dormiuit. Dedi purgans ex fol. fenn. et dein acidum gratum diacodiatum.

Mart. 27. Aluum deposuit semel duram cum leuamine, modice se habuit heri, nox satis pacata fuit, pulsus febrilis, respiratio bona, oculi nitidi, lingua albicat humida, heri sitis magna fuit, nunc minor, appetitus languet adhuc, vrina crassissima, turbida, ex albo flauescens. Dedi decoct. bard. scorz. gramin rob. ribes. sal. polychr.

28. Heri moleste se habuit, nox admodum difficilis fuit, cum iactatione perpetua, insomniis, et phantasmatibus, pulsus vt heri, in oculis aliquid flauedinis video, nausea frequens, et parum vomuit, bis aluum deposuit olidissimam, fuscam, satis magna copia, appetitus deletus, vrina admodum crassa, et turbida, lingua siccam crustam, flauam habet. Dedi decoct. auen. gramin. scorzon. cum rob samb. nitr. et omni bihorio dr. j. pulp. tamarind. cum crem. tart.

29. Heri adhuc modice se habuit, sed nox molestissima fuit, et delirauit continuo, febris vt heri, respiratio satis bona, suspiria ducit, insomnia, lingua parum humidior, sitis heri et hac nocte valida fuit, minor hodie, aluum non deposuit, vrina crassa, turbida, oculi rubent. Balnea pedum, epispastica, idem cond. et simile decoctum dedi.

30. Aluum in scia deposuit in lecto olidissimam, pulsus debilior, febrilis tamen, respiratio bona, habitus proiectus, dormiuit, lingua sordida, nigra, sed humidior tamen, appetitus deletus omnino, vrina statim emissa, valde calida adhuc, mox in omni puncto superno, inferno, medio, flocculenta apparebat; color erat sub-

subfuscus. Dedi sp. nitr. dulc. tinct. contraieru. rob ribes. samb. diamor. aq. meliss. rutae, citri, aurant.

Mart. 31. Urina illa hesternata turbata mansit. Perit hodie mane hora nona.

*Acuta continua.*

Mart. 25. 33 annorum bonae temperiei, sed tenerae fabricae, die 18 vesperi parum aegrotare incepit. sic et sequentibus diebus, sumit a fratre pharmacopoeo purgans binis diebus sine multo effectu, postea decoctum ex gram. bardan. scorz. tamarind. rob samb. sed inde vomuit. Inveni heri febricitantem, continuo vomiturientem; hinc dedi infus. scrup. iv. ipecacuanhae cum regimine solito, sed nauseavit inde. non vomuit. et pergit nausea cum anxietate circa praecordia. Emulsium praescripsi cum diacodio, sed nil assumpsit, et inveni hodie mane stupidam, hebetem, vix respondentem, faciem rubicundam, pulsus tamen non adeo celerem, nec plenum: cum nil assumere poterat, iussi clystina, et postea vesicatoria, et epispastica pedibus applicui. Clystina feces copiosas, nigras eduxit, atque postea aluus perrexit insciae in lecto fluere, inde tamen sensus redibat, loquebatur, me petente linguam exerebat, quae erat ficcior, et flavescentes, subfusca. Dedi decoct. scorzon. cum ruta, rob samb. et nitr.

26. Heri vesperi satis constitit mente, sed hac nocte dicunt delirasse, aluum liquidam, olidissimam magna copia deposuit, lingua humidior, bene respondet ad interrogata, tamen subinde quaedam minus congrua loquitur,

## 416. . CONSTITVTIO ET MORBI

tur, pulsus parum debilior, nec adeo celer, facies naturalis, fatis rubra tamen, oculi vegeti. Dedi sp. nitr. dulc. tinct. contraieru. rob ribes. aq. meliss. citri.

Vesperis: omnia eadem. Perrexi.

Mart. 27. Nox inquieta, lingua siccior erat heri vesperi, nunc huaidior, febris nulla, respiratio bona. Dedi syr. succ. citri, rub. idaei, sal. polychr. aq. meliss. citri, sp. nitr. dulc. superbibendo decoct. panis cum vino et succo citri.

Vesperis omnia eadem; perrexi, delirat adhuc subinde, aliquando bene respondet.

28. Nox modica fuit, dormiuit parum, delirata tamen subinde, grauis auditus, vrinam tenuem magna copia vnica vice dimisit, cum crassa nubecula subsidente, multum potauerat, aliquid aphthosi in faucibus et hodie et heri vesperi vidi, lingua sordida fuscam crustam habet, tamen paulo humidiores, pulsus minus febrilis, respiratio fatis bona, fitit. Dedi decoct. auen. gram. scorzon. syr. citri fl. violar. succ. pomor. chinens. nitrum.

Vesperis: auditus grauis iam per biduum adfuit, aluum glutinosam, nigricantem, olidissimam, semel deposuit, pulsus debilior, respiratio bona. Sumisit decoctum, sed nulla alimenta, lingua sicca valde. et aspera, aliquid aphthosi in faucibus adest, fitit adhuc, vrina pallida, turbida, bene respondet roganti, dicunt tamen, illam subinde delirasse.

29. Tota nocte moleste se habuit, continuo querula voce gemens, non dormiuit, delirauit, aluum non deposuit, vrina coloratur cum nubecula in fundo, sed

tamen

tamen tenuis, lingua fordida, parum humidior, pulsus debilior, nec tamen celerior. Dedi mixt. ex tinct. contraieru. rob samb. syr. rhei, sal. polychr. et emulsum gratum ex decocto gramin. scorzon. et sem. cucum. cum syr. alth.

Vesperi: querula adhuc, febris, pulsus debilis, lingua, dentes, palatum fornicatum, nigra, viscosa crusta obducuntur, aluum nigram, olidam in lecto deposuit. Dedi sal. C. C. gr. xxv. cum diacod.  $\frac{3}{4}$   $\beta$ . forma haustus.

Mart. 30. Nox inquieta, clamavit, eiulavit, gemit, sudavit, et manus adhuc humidae; et vaporosae, lingua vt heri vesperi, cognoscit me, et respondet, tremor artuum, et subsultus tendinum. Dedi idem emulsum cum mixtura hesternae; vrinam non dimisit, pulsus vt heri.

Vesperi: tota die sic hebes iacuit, vrinam, nec aluum deposuit, me tamen loquentem nescit, et respondet, delirat, abdomen inflatum tumet, non dolet tamen ad tactum, pulsus debilior, nil assumit. Dedi ol. vitrioli dulce gtt. xij. omni trihorio cum potu mol; epithema ex acidis et aromaticis cardiacae applicui, subsultus tendinum, tremor; pulsus debilior quidem, sed sedatior, calor ad extrema vsque aequabilis, sed nasus friget, vrinam non deposuit; iussi pergere.

31. Nox paccior fuit, mane inueni minus hebetem, pulsus meliorem, respirationem satis bonam, oculos nitidos, actiones animales meliores, vrinam dimisit in lecto. Perrexi in vsu ol. vitriol. dulc. et epithematis, et dedi omni bihorio  $\frac{3}{4}$   $\beta$ . infus. contrai. cum sale polychr.

Vesperī: vrinam et aluum semel figuratam deposuit, aliquoties in matula, actiones vitales satis bonae, febris minor, lingua humidior, in faucibus aphthas vidi raras, albas, actiones animales meliores. Perrexi.

April. 1. Satis pacata nox fuit, actiones vitales bonae, febris nulla, lingua adhuc sicca, et glabra, ad latera incipit humescere, vrinam flavescentem, subturbidam vidi; perrexi in iisdem.

Vesperī: mutauerunt lectum, placide dormiuit tota die, febris nulla, reliqua eadem. Dedi gratum nutriens emulsum.

2. Nox satis pacata fuit, vitalia bona, febris nulla, lingua adhuc sicca, et glabra, sed tamen plus incipit humescere, et a palato fornicata crusta viscosa incipit secedere, aluum et vrinam deposuit benignam, in movendo corpore magna debilitas, nihil alimenti fere assumfit. Perrexi.

Vesperī: Omnia eadem. Perrexi; aluum figuratam deposuit.

3. Nox modica, pulsus bonus, respiratio bona, vrina parum coloratior sana cum nubecula, aluum non deposuit, lingua parum humidior, debilitas magna in erigendo corpore, mens constat, iuscula carniū et auenacea sumit. Dedi gratum acidum cardiacum.

4. Optime se habet, perrexi. 5 et 6 omnia in melius pergunt ire. 7 omnia meliora sensim.

8. et 9. Omnia in sanitatem tendunt. Conualuit.



*Constitutio anni 1743.**Ianuarius.*

Aegri pauci.

*Anginae* adhuc adsunt, sed satis leues,*Acutae continuae* hinc inde.*Pleuritis* rara.*Variolae* paucae.*Tertianae* rarae.*Februarius.*

Aegri pauci admodum.

*Anginae* rarae.*Pleuritides* hinc inde.*Rheumatismi* leues et rari.*Acuta continua* rara.*Martius.*

Aegri pauci in initio mensis, sed circa medium  
*catarrhi* numerosi epidemice grassantur, de  
 quibus sequenti mense.

*Catarrhi* praedominantur.*Tertianae* intercurrunt satis faciles.*Anginae* satis numerosae.*Variolae* hinc inde.

*Aprilis.*

Aegri satis numerosi ob *catarrhos* epidemice graffantes, circa finem tamen mensis minuitur aegrorum numerus.

*Catarrhi* sic inuadebant: plerumque sanos corripiebat subita tussis, dein et febris; aliquando et tussis et febris simul et semel aderant. Somni turbati, dolor omnium artuum ac si conquassati forent. Dolor capitis tensius, saepe satis magnus, facies rubra, oculi quandoque rubebant, dolor lumborum in multis.

In quibusdam aderat dolor hypochondrii et abdominis, maxime in sinistra parte, sed non inflammatorius.

Vrina in plerisque copiam satis magnam dedit sedimenti laudabilis; in aliis, quamuis rarius, tantum circa morbi finem.

Lingua in multis fordida fuit, crassa crusta obfusa.

Quandoque et in iuuenibus aderat angina, in aliis in pleuritidem et peripneumoniam vergebat, saepe tunc lethalem: sed hoc rarius accidebat. V. S. tunc instituta anginam illico fustulit, quae et profuit, si dolor capitis immanior esset.

Aliter morbus non videbatur semper V. S. poscere, sed decocta 5 rad. bard. scorz. alth. cum nitro et melle proderant, et paucorum dierum spatio domabatur morbus, raro ultra septimanam excurrans. Quibusdam alui fluxus inter horum usum ortus leuamen attulit: plerique  
cum

*Constitutio anni 1744.**Januarius.*

Aegri modici.

*Colici dolores hinc inde.**Acutae continuae.**Catarrhi numerosi.**Anginae hinc inde.**Februarius.*

Aegri vt mense praeterito.

*Acutae continuae.**Catarrhi numerosi.**Dysenteriae hinc inde.**Pleuritis.**Erysipelas.**Martius.*

Aegri parum plures.

*Catarrhi numerosi.**Colica.**Pleuritis.**Anginae hinc inde.**Dysenteriae.**Tertianae faciles.**Aprilis.*

Numerus aegrorum maior.

*Tertianae praedominantur. Curavi plures, ple-  
rumque faciles. Vni puellae 18 annorum erat longior.*

Dedi corticem; male se inde habuit: deinde soluentibus vsurpatis conualuit tarde. Vtrumque sexum aequaliter occupabant, sed pueros iuniores curandos habui aliquos, puellas iuniores vix. Forte casu hoc accidit.

*Dysenteriae* fatis adhuc numerosae, sed curatu non difficiles.

*Anginae* frequentes erant, sed faciles.

*Scorbutus* infestabat plures.

*Plethorici* male se habebant, V. S. tamen facile curati.

#### *Maius.*

Numerus aegrorum vt mense praeterito.

*Tertianae* praedominabantur. Plures curavi: fatis faciles erant. Mulieres plures curavi, quam viros: puellas iuniores plures, pueros iuniores non.

*Anginae* vt praeterito mense.

*Febres continuae* hinc inde.

*Pleuritides* hinc inde.

*Diarrhoeae* hinc inde.

*Rheumatismi* hinc inde.

#### *Iunius.*

Numerus aegrorum vt mense praeterito fere.

*Tertianae* praedominabantur. Plures curavi, fatis faciles erant. Plures mulieres, quam viros curavi, vnicum puellum tantum, puellas iuniores tres.

*Anginae* minuuntur.

*Morbilli*. Binas puellas, vnicum puellum tractavi, in vicinia omnes. Contagium Amstelodamo attulerat puellus, tamen non multum dispergebatur hic.

*Rheu-*

*Rheumatismus* hinc inde.

*Pleuritis et peripneumonia* hinc inde.

*Iulius.*

Numerus aegrorum idem fere, ac ante.

*Tertianae* adhuc praedominantur, minores tamen numero, ac ante. Mulierum ac virorum iam numerus aequalis illorum, quos curavi.

*Rheumatismus* hinc inde.

*Anginae* minuuntur.

*Erysipelas* hinc inde.

*Parotides* a frigore suscepto.

*Diarrhoea* rara.

*Morbilli*, sed rari.

Reliqua desiderantur.

---



cum magno leuamine in aequabilem calidum profusum sudorem incidēbant. Victus tenuis, balnea pedum profuerunt.

Per vrinam ſedimentofum multum etiam ſeparari videtur.

Seniores multi perierunt, quibus in peripneumoniam veram, ſaepe in notham vertebatur morbus: rari caeteroquin praeuaſſo aegrorum numero perierunt. Senes, qui euadebant, languebant diutius, iunior aetas minus afficiebatur.

Tuſſis quandoque adhuc conualeſcente aegro excur- rebat diutius.

Solito frigidior fuerat tempeſtus, tepore ſubito ſaepe intercurrente, mox redeunte frigore. Hinc videtur mor- bus ſatis ſimilis fuiſſe illi, qui Ianuario anni 1733. graſ- ſabatur.

*Tertianae* aderant ſimul ſatis faciles.

*Variolae* hinc inde, ſed rarae.

*Mains.*

Aegri non multi.

*Catarrhi* illi adhuc adſunt, ſed longe minores nu- mero.

*Anginae* hinc inde.

*Tertianae*, ſed rarae et faciles.

*Variolae* rarae.

*Iunius.*

Aegri paucissimi, nihil epidemici.

*Tertianae* hinc inde.

*Diarrhoeae* sed sparsim, et paucae.

*Iulius.*

Aegri pauci.

*Tertianae* parum magis numerosae.

*Rheumatismi* hinc inde, sed rari.

*Acuta continua* rara, cum magna copia corruptarum  
fecum per aluum cum leuamine.

*Cholera* hinc inde.

*Pleuritis* hinc inde.

*Augustus.*

Aegri pauci, parum tamen magis numerosi,  
quam ante.

*Tertianae* plures, quibusdam duplicatae, plerumque  
faciles.

*Variolae* raras.

*Variolae spuriae* hinc inde.

*Anginae*.

*Acutae continuae* hinc inde, cum copia bilis cor-  
ruptae.



*September.*

Aegri plures, quam praeterito mense.

*Tertianae* dominabantur. Purgans profuit, incredibilem copiam bilis corruptae educens: quibusdam erant duplicatae. Seni olidissima aluus incredibili copia fluxit, dein purus sanguis grumofus, euasit tamen, licet et duplicaretur.

*Acutae continuae.* Ex tertianis duplicatis quaedam videbantur constare. Euaferunt omnes.

*Icteri* hinc inde.

*Diarrhoeae* sparsim.

*October.*

Aegri minus numerosi iterum.

*Tertianae* hinc inde, sed faciles.

*Anginae* hinc inde.

*Diarrhoeae.*

*Pleuritis* hinc inde.

*Rheumatismi.*

*November.*

Aegri pauci.

*Tertianae* hinc inde paucae.

*Anginae.*

*Rheumatismi.*

*Catarrhi.*

*December.*

Aegri pauci.

*Catarrhi* satis numerosi.

*Pleuritis et peripneumonia*, sed rarae.

*Acuta continua* raro. Vnam vidi in puella 18 annorum, quae 20 die larga narium haemorrhagia iudicata fuit perfecte.

*Anginae* hinc inde.

*Colici dolores* satis molesti, cum aluo stricta, dolore circa carpos et humeros. Clysmata, fomenta, decocta rad. cichor. cum melle profuerunt, et empl. aromat. Venam secui in iuvene, tamen vix febricitabat, metuens inflammationem.

---







115

